MANUALE
LEGUM
URBARIALIUM
Anni 1836.

Scripsit

Joannes Csaplovics
Honthensis;
plurr. I. I. Comitatuum Tabulae judiciariae
Assessor.

VIENNAE 1837.
Impensis viduae equitis a Mösle, et Braumüller.

Typis Straussianis.

MANUALE
LEGUM
URBARIALIUM
Anni 1836.

Scripsit

Joannes Csaplovics
Honthensis;
plurr. I. I. Comitatuum Tabulae judiciariae
Assessor.

VIENNAE 1837.
Impensis viduae equitis a Mösle, et Braumüller.

Typis Straussianis.

* * *

2034
———
134. *Admittitur ad typum ex parte Cancellariae regiae hungarico-aulicae.*

Viennae 16. *Febr.* 1837.

Georgius Haulik,

El. Ep. Pristin. Consiliarius aulicus. m. p.

Imprimatur. Pr. k. k. Polizey- und Censur-Hofstelle.

Wien den 25. Febr. 1837.

Maltz Hofsekretär. m. p.

Ad Lectorem.

Leges, in novissimis, die 2. Maji 1836 conclusis Comitiis latae, splendidissimum sunt sapientiae et justitiae Legislatorum nostrorum monumentum aere perennius.

Principem locum inter illas tenent, — auro cedroque dignae — quibus, conditioni numerosissimae regnicolarum partis, egregie est subventum.

Nulla lex tam ampli, tam frequentis, imo continui usus est, sicut sunt urbariales. — Interest ergo, ut perfecta earum cognitio, quo meliori modo, reddatur facilior.

Hoc scopo concinnavi Manuale *istud, quod destinationi suae, nempe quotidianis usibus omnium urbarialia tractan-*

tium, — spero — ita bene respondebit, sicut respondit Nucleus *meus* plani tabularis, *in annis* 1811 *et* 1817, *adeoque bis procusus.*

Vocabula et phrases legum, ubi ubi potui, retinui; commentatione abstinui.

Consului, et, ut facere oportuit, extraxi leges etiam vetustiores, quae in his citantur. — Sed articulum 8. 1741 *in art. IV.* §. 10 *sub lit. b. citatum, non extraxi. — Quae desuper dici possent, facile occurrent, si art. XI.* §. 1. 2. 10 *et* 14 *attentius cum IV.* §. 10 *et cum citato* 8. 1741 *collatus fuerit.*

Quod etiam quaedam non stricte urbarialia, ignobiles in genere concernentia, ex iisdem novissimis legibus excerpserim: non vereor me rem ingratam praestitisse. — Volui scilicet, ut, quae de his quoque sapienter statuta sunt, cum et subditos respiciant, una quasi nuce comprehendantur.

Si Legislationi nostrae placuisset, brevioribus, stylo legislativo *(cum curiali nunquam confundendo) propriis periodis uti, et in subdividendis legum articulis ampliori liberalitate versari: provocationes ad leges longe aptius fieri, hae vero longe facilius possent evolvi.*

Suadere possum, ut possessor libelli hujus alba folia suis locis inseri curet, et tam respectivi Comitatus statuta, in sensu legum harum condenda (quae vide sub Comitatus pag. 20. 21.*); quam et altissimas inviationes et praecepta, in re urbariali successive, sine dubio edenda, paucis verbis adnotet, sicque illa, quae ego non potui, pro usibus suis addat.*

Qui sapit, quoties librum emit, semper primo et ante omnia indicationem Erratorum quaerit, et huic conformiter librum emendat.— Utinam omnes etiam, qui hunc habebunt, sequentes naevos,

partim in typographia, partim a me commissos, et, ut fieri solet, sero observatos, corrigerent, nempe:

Pag. 5. *lin.* 8. *ab infra lege* actutum.
— 7. *lin.* 6. *a supra loco* intra *pone* extra.
— 20. *lin.* 6. *ab infra* jus *non* just.
— 32. *lin.* 1. *ab infra lege* §. 14. *loco* §. 4.
— 89. *lin.* 6 *a supra lege integrae, mediae, quartales et octavales.*
— 96. *lin.* 4 *a supra lege* praevie *loco* praevio.
— 120. *lin.* 5 *ab infra lege* adjunctorum.
— 139. *lin.* 14 *ab infra lege* Consilium.

Abrogatis *p.* 2. *adde: Libera Domini terrestris dispositio relate ad tenuta urbarialia. XI.* §. 1.
— *Facultas Domini terrestris, querelas urbariales judicandi X. introit.*

Comitatus *p.* 20. *adde: Dirimit difficultates, si Dominus terrestris Notarium Communitatis confirmare nollet.*

Constitutivum sessionale *p.* 28. *lin.* 9 *a supra, loco* solo, *pone:* Posegano, Veröczensi, Sirmiensi *quia et ibi* 40 *jugera obtinent.*

Contributio publica *p.* 33. *adde: Tenuta urbarialia designantur pro fundo Contributionis. XI.* §. 10.

Judex Communitatis *p.* 84. *adde: Subjudices eligit Communitas citra Dominii candidationem. IX.* §. 1.

Notarii Communitatum *p.* 113. *lin.* 9. *a supra, adde: Si vero Dominus terrestris confirmare nollet,*

Comitatus dirimat subversantes difficultates, et ne Communitates Notariis destituantur provideat. IX. §. 1.

Hi sunt naevi et defectus a me observati! — Sine dubio plures etiam detegam, et detegent lectores quoque. Hos obsecro, ut aberrationes benevole corrigere velint. Humanum enim est errare. —

Scripsi Viennae die 12. Aprilis 1837.

Joannes Csaplovics.

Principium Urbarii

in art. X. §. 5. expressum.

„Ut subditi in concreto,
„sicut et singillative, qua-
„vis in parte, adeoque in
„sua quoque erga Domi-
„nos terrestres correla-
„tione, contra omne arbi-
„trium tuti, in rebus et
„personis debita perfru-
„antur securitate.“

Systema Urbarii.

Articulus IV.

Modus et ordo migrationis subditorum, ejusque consectaria.

§. 1. *Migraturus debita sua complanet.*

§. 2. *De dimissionalibus et passualibus, ac termino egressus.*

§. 3 *et* 4. *Quid, si a Domino indebite detineatur?*

§. 5. *De numerosiori, vel plane totali loci incolarum emigratione.*

§. 6. *Venditio-emtio beneficii usufructuationis sessionum admissa.*

§. 7. *Requisita ad emtiones-venditiones:*
a) Consensus Domini terrestris.
b) Improtocollatio.

Articulus V.

De constitutivo sessionali.

Articulus VI.

De beneficiis colonorum ultra-usufructuationem constitutivi.

Articulus VII.

De praestationibus Subditorum.

Articulus VIII.

De Contractibus urbarialibus.

Articulus IX.

Interna Communitatum administratio.

§. 9. *Caducitas in casibus defectuum. — Testandi facultas subditorum extensa.*

Articulus X.

De jurisdictione dominali, et processu urbariali.

Introitus: Sedis dominalis activitas. — Sedes dominalis urbarialis introducitur.

§. 1. }
§. 2. } *Querelae urbariales quomodo pertractandae.*

§. 3. *Modus praestationes urbariales exigendi. — Repositio subditi contra Dominum terrestrem.*

§. 4. *De appellatione causarum urbarialium et ex distincto ab urbario juris titulo promanantium.*

§. 5. *De excessibus ac praevaricationibus urbarialibus quomodo vindicandis?*

1) *Poenae subditi labores negligentis.*

2) *Poenae subditi pertinaciter obsistentis, et Dominum vel ejus hominem laedentis.*

*

3) *Damna per subditos Dominis terrestribus et consubditis; aut per Dominos subditis inferenda quomodo vindicanda? Et quidem:*

Per subditos Domino aut consubditis:

a) in sylvis, satis, vineis, terris et pratis;

b) gravi culpa, aut dolo, defraudatione nonae, et quacunque praescriptorum urbarialium transgressione;

c) clandestina glandinatione, aut gallarum collectione;

d) Per Dominos subditis.

e) Per nobiles subditos Dominis vel consubditis.

f) g) Per servitores ignobiles et nobiles, seu in persona, seu per pecora aut pecudes heri inferenda.

4) *Poena subditorum cum malitia excedentium; et Domini terrestris, damna subditis studio inferentis, aut hos excessive punientis.*

5) *Sententiae in causis damnorum gratuito extradandae.*

§. 6. ***De Regulatione urbariali:***

a) Ubi locum habeat?

b) In terrenis hucdum regulatis admittitur saltem scopo commassationis, et segregationis tenutorum ac pascui.

c) In locis nondum regulatis, ubi tractamentum contractuale viget, in sensu contractuum.

d) Cum proportione etiam regulatio suscipienda.

e) In regulationum casibus commassatio locum habet.

f) Processus regulatorius quomodo instruendus? et superandus? praeliminaris quaestio.

g) Dimensio tenutorum, et authenticatio, classificatio, planum regulationis; pertractatio in sede dominali et per Deputationem Comitatus.

h) De aedificiis et meliorationibus quomodo compensandis. — Sententia Consilio R. L. substernenda.

§. 7. *De defectu et supernatantia tenutorum.*
§. 8. *Authenticatio, et sumtus dimensionum.*
§. 9. *Partialis defectus adjustatio.*
§. 10. *Rectificatio regulationis.*

Hucusque stricte urbarialia! —

Articulus XI.

Nobiles, fundos colonicales usuantes, tenentur, praeter dominalia onera etiam publica ferre, et quidem:

§. 1. *Contributionem ab usufructuatione tenutorum.*
§. 2. *A fundis intravillanis; exclusis aedificiis.*
§. 3. *A pascuo urbariali.*
§. 4. *A lignatione et arundinatione.*
§. 5. *Et quidem ad cassam tam bellicam quam et domesticam. Non tamen pro collectaculis militaribus.*
§. 6. } *De alimentatione et condescensione*
§. } *militiae.*

§. 8. *Reliqua onera plebis non ferent.*

§. 9.
§. 10.
§. 11.
§. 12.
§. 13.
§. 14.

Desertae sessiones impopulandae. Onera publica ab illis ferre tenentur qui illas usuant.

Excerpti sunt etiam articuli sequentes, ignobiles et subditos in genere concernentes:

Articulus XII.

De proportione.

Articulus XIII.

Ignobilibus litigandi activitas irrestricta conceditur.

Articulus XIV.

De divisione inter fratres in casu manifestae successionis.

§. 10. ***Principia hic defixa ad omnes regnicolarum classes extenduntur.***

Articulus XV.
Debita et qualescunque pecuniarias convictiones in executionem sumendi modus.

Articulus XVII.
De sententiarum in causis criminalibus latarum appellata, et executione relate ad ignobiles.

Articulus XVIII.
De judicio nundinali.

Articulus XX.
De verbali processu.

Articulus XXV.
De expropriatione, pro canalibus, viis ferreis et pontibus necessariorum fundorum, et aedificiorum.

Articulus XXXIV.
De clericali, et hujus indolis decimis.

MANUALE
LEGUM
URBARIALIUM
Anni 1836.

A.

Abaestimatio.

Abaestimatio **Coloni habet locum, si in casu divisionis inter successores Domini terrestris, vi 40 1ae sessio coloni pro exstruenda domo fratris senioris necessaria est. Art. IV. §. 6. 12. V. §. 7.**

In casu tali, pretium lignorum, per Dominium subdito gratis datorum, a totali summa aestimationali defalcandum est. VI. §. 4.

In casu expropriationis. Vide *Expropriatio.*

Vide *Jura regalia.*

Abaujvár Comitatus.

Ibi classificatio agrorum est triplex. Uni sessioni dantur e terris arabilibus in 1a Classe 22; in 2a 24; in. 3. 26. jug. Ex pratis: ubi cordum falcari potest 6; ubi non potest 8 falcastra. V. §. 1.

Abrogata.

Educillatio serialis domalis, ad quam Do-

mini terrestres subditos hucusque stringere poterant. VI. §. 2.

Taxa improtocollationis emtionis-venditionis sessionum IV. §. 7. lit. b.

Taxa inductionis vini seu pro propria necessitate, seu pro quaestu in doliis. VI. §. 2.

Nona apum, haedorum; praestatio ex altilibus, ovis, vitulis, butyro. VII. §. 4.

Longa vectura; jus praeemtionis et prioritatis dominalis; servitutes, coactiones et qualescunque aliae taxationes hic non expressae; una cum monopoliis dominalibus, praeter hic admissa. VII. §. 11.

Actio.

In verbali processu. Vide *Verbalis processus.*

Actoratus.

Fisci Magistratualis. Vide *Fiscus.*

Ignobilium. Vide *Ignobilis.*

Adaquatio.

Pecorum in labore dominali. Vide *Labores.*

Adjustatio.

Constitutivi sessionalis quomodo peragenda. V. §. 12. et vide *Agri*, *Intravillana*, *Pascuum*, *Prata*, *Sessio.*

Advocati.

Advocatorum privatorum opera subditi in sede dominali urbariali uti possunt X. et XIII.

Aedificia.

Aedificiorum bonificatio occasione Regulationis. Vide *Regulatio.*

Aedificiorum amovendi subditi venditio. Vide *Amotio.*

Aedilis lignatio. Vide *Lignatio.*

Aestimatio.

Exstirpaturarum judiciali aestimationi semper praemittenda est de quantitate et qualitate impensi laboris investigatio; post calculus ineundus, in omni casu via urbariali revidendus, et Consilio R. L. re integre servata, substernendus. VI. §. 1.

Aestimatio Damnorum. Vide *Damna.*

Vide *Abaestimatio.*

Agni.

Agnorum nona abrogatur. VII. §. 4.

Agri.

Agrorum jugera. Vide *Jugerum.*

*

Agrorum competentia in Comitatibus. Vide singulos Comitatus.

Agrorum defectus compensatur pratis, nempe jugerum falcastro. V. §. 2.

In Comitatibus *Posega*, *Veröcze*, *Szerém* etiam vineis; et quidem pro jugero vinea duorum fossorum. V. §. 2.

Ab agris in vicem pratorum assignatis nona non competit. VII. §. 2.

Sed ab agris, cum consensu Domini in hortos aut vineas transformatis competit. VII. §. 2. Vide *Nona*.

Agrorum in Comitatibus Classes, vide singulos Comitatus; et quidem 2 Classes sunt saltem in *Csanád*; 3 Cl. in 22 Comitatibus; 4 Cl. in 22 Comitatibus; 5 Cl. saltem in *Beregh* et *Nyitra*; 3 et 4 Cl. in *Gömöriensi* et *Zagrabiensi*.

In *Temes*, *Torontal*, *Krassó* Classes tales non dantur.

Damna in agris illata. Vide *Damna*.

Albensis Comitatus.

Extravillanorum sessionalis competentiae sunt tres Classes. Ex terris arabilibus in 1ª Cl. 22; in 2ª 24; in 3ª 26 jugera.

Ex pratis ubi cordum falcatur semper 8; ubi raro 10; ubi nunquam 12 falcastra. V. §. 1.

Allodiatura dominalis.

Remanentiales terrae quando reapplicandae. Vide *Regulatio.*

Altilium

Praestatio suffertur. VII. §. 4.

Amotio subditi.

Amotio colonorum aut inquilinorum licita est:

1. Si in casibus divisionum successorum Domini terrestris sessio pro exstruenda domo fratris senioris necessaria est, vi 40. 1ae IV. §. 6. 12.

2. Si colonus aut inquilinus supportandis dominalibus et publicis oneribus manifeste insufficiens esset; et quidem si sua culpa, ac tutum amoveri potest; secus vero concesso eidem pro restaurandis viribus unius anni respirio.

3. Si a gravibus vel publico perniciosis excessibus, aut

4. Iterata reflexe ad obligationes suas subditales cum damno Domini manifestata renitentia notaretur. IV. §. 12. VII. §. 5.

5. Domino cum malitia iterato damna inferens. X. §. 5. sub 4.

Amotio tantum urbariali via suscipi poterit, h. e. per sententiam sedis dominalis. Hac publicata, amovendo trimestre concedetur, ut interea sessionem suam vendat, complananda complanet, et de alio domicilio sibi provideat. — Si non fecerit, tunc superaedificata et meliorationes, una cum beneficio usufructuationis, in praesentia legalis testimonii et Fisci Magistratualis, licitationi exponantur, complananda complanentur, et resultans summa amovendo immanuetur. IV. §. 13.

Si sessio vendi non potest, evadit deserta. Quid cum hac? Vide *Desertae Sess.*

Annus.

Annualis edictio in Contractibus. Vide *Contractus.*

Vide *Terminus praeclusi.*

Appellata.

Appellatio causarum inter Dominos et subditos ex privilegio, aut ab urbario distincto titulo promanantium, vel vero ad invalidationem contractuum urbarialium suscitatarum, in ordinaria juris via patet usque ad Septemviratum, et quidem intra Dominium. X. §. 4.

Urbariales vero causae appellantur ad Consilium R. L. aeque intra Dominium. X. §. 4.

In causis damnorum per subditos Dominio, aut consubditis illatorum, si 60 fl. non excedant, ad Sedriam intra Dominium. X. §. 5. sub 3. lit. a.

In causis damnorum per Dominum subditis illatorum, si 60 fl. non excedant, ad Sedriam extra Dominium. X. §. 5. sub 3. lit. d.

In processu regulatorio ad Sedriam et Consilium R. L. intra Dominium. X. §. 6. lit f et g.

In processu Fisci Magistratualis contra Dominum terrestrem, impopulationem desertarum sessionum, etiam post sententiam supremi tribunalis impedientem, moto, a Sede judiciaria ad altiora fora intra Dominium. XI. §. 12.

In processu Fisci Magistratualis contra nobiles tenuta colonicalia, et contra Dominos terrestres, desertas sessiones usuantes, ad depurandam contributionem coram Judice nobilium et Jurassore moto, saltem ad Sedriam extra Dominium. XI. §. 14.

Appellata ignobilium in causis criminalibus. Vide *Ignobiles*.

Subditorum in causis verbalis processus. Vide *Verbalis processus*.

Appellata a Judicio Nundinali. Vide *Nundinalia judicia.*

Apes.

Apum nona abrogatur. VII. §. 4.

Arad Comitatus.

In agris sunt 4 Classes. Uni integrae sessioni competunt in Classe 1ª 26; in 2ª 28; in 3ª 30; in 4ª 32 jugera.

In pratis ubi cordum semper falcatur 8, ubi raro 10, ubi nunquam 12 falcastra. V. §. 1.

Aratura.

Relate ad numerum in aratura adhibendorum pecorum usus praevigens stabilitur. VII. §. 5.

Plura vide sub *Labores.*

Arenda.

Beneficiorum communitatis. Vide *Communitas.*

Arma.

Arma subditis servare non licet. VII. §. 6.

Pro urbariali venatione tenetur Dominus subditos armis et requisitis providere. VII. §. 6.

Arrestum.

Loca reclusionis sint tam subeundae poenae accomoda, quam vero sanitati reclusi nulla ratione noxia. X. §. 5. sub 2.

Durante arresti poena Dominus terrestris egentioribus alimenta dare tenetur. X. §. 5. sub 2.

Arresto 1 — 3 dierum punitur subditus ignobilis, jussis Domini, vel hujus hominis pertinaciter obsistens. Quae poena per Sedem dominalem ad 8 dies extendi poterit. X. §. 5. sub 2.

Arresti 1 — 8 dierum poena, pro damnis seu Domino, seu consubdito, gravi culpa aut dolo illatis per Sedem dominalem dictanda. X, §. 5. sub 3. lit. b.

Item pro clandestina glandinatione aut gallarum et glandinum collectione. X. §. 5. sub 3. lit. c.

Item pro damnis per servitores ignobiles illatis. X. §. 5. sub 3. lit. f.

Arresti poena nec exasperari, nec ullo in casu in alterius corporalis vel cujuscunque poenae speciem transformari potest. X. §. 5. sub 2.

Artistae.

Tenutis non dotati possunt labores reluere. Vide *Relutitio.*

Arundinatio.

Ubi arundineta adsunt, et ubi Communitates in usu fuerunt, porro etiam libera est erga 40 manipulos a singula Sessione secandos et convehendos. VI. §. 5. VII. §. 8.

Inquilini 20 manipulos desecare tenentur. VII. §. 8.

In convectione, distantiae, quoad ligna orgyalia praescriptae, observandae. VII. §. 8. Vide *Ligna.*

Exsiccato arundineto cessat praestatio 40 manipulorum; sed nec communitas ullam bonificationem praetendere potest. VI. §. 5.

Sed si plaga talis ultra constitutivum pro usu colonorum exscisa est, ab ea aut 40 manipuli, aut aequivalens praestandum est. VI. §. 5.

Si conventio idcirco non successerit, defiget Comitatus aequivalens. Ibid.

Arvensis Comitatus.

Ibi in agris sunt Classes quatuor. Et competunt uni Sessioni ex 1a Classe 24; ex 2a

26; ex 3a 32; ex 4a 40 jugera. (Maxima in toto Regno competentia.)

In pratis, ubi cordum falcari potest 6; ubi non potest 8 falcastra. V. §. 1.

Asseres.

Dominus terrestris non tenetur dare subditis pro tectis. VI. §. 4.

Assessor.

Tabulae judiciariae Comitatus in praesidem Sedis dominalis urbarialis deligendus. X.

Salarisati Assessores nec praesides nec convocatos in Sede dominali agere possunt. X.

Aucupium.

Aucupii jus subditis non competit. Poena est confiscatio. VI. §. 8.

Authenticatio dimensionis.

Vide *Regulatio.*

Aversionales labores.

A subditis exigere non licet. VII. §. 5.

B.

Bácsiensis Comitatus.

Ibi agrorum sunt Classes 4; et uni sessioni competunt in 1ª Classe 32; in 2ª 34; in 3ª 36; in 4ª 38 jugera agrorum.

Prata absque discrimine 22 falcastra.

Baranyensis Comitatus.

Habet agrorum 3 Classes; uni sessioni debentur in 1ª Classe 22; in 2ª 24; in 3ª 26 jugera.

Pratorum, ubi cordum semper falcatur 8: ubi raro 10; ubi nunquam 12 falcastra.

Barsiensis Comitatus.

Agrorum 4 Classes; uni sessioni competunt in 1ª Classe 18; in 2ª 20; in 3ª 22; in 4ª 24 jugera.

Pratorum ubi cordum falcari potest 6; ubi non potest 8 falcastra.

Békesiensis Comitatus.

Classes agrorum tres; sessioni coloni integrae competunt in 1ª Classe 34; in 2ª 36; in 3ª 38 jugera.

Pratorum pro omni Classe 22 falcastra.

Bereghiensis Comitatus.

Ibi 5 Classes agrorum. Una sessio poscit in 1ª Classe 18; in 2ª 20; in 3ª 22; in 4ª 24; in 5ª 28 jugera.

Pratorum, ubi cordum semper falcatur 8; ubi raro 10; ubi nunquam 12 falcastra.

Bihariensis Comitatus.

Habet 4 Classes agrorum; sessioni uni dantur in 1ª Classe 26; in 2ª 28; in 3ª 30; in 4ª 32 jugera.

Prata ubi cordum semper falcatur 8; ubi raro 10; ubi nunquam 12 falcastra.

Borsodiensis Comitatus.

In omnibus convenit cum Bihariensi.

Botri.

Botrorum venditio e vineis nonae aut decimae obnoxiis, citra indultum Dominii vetita est; salvo illorum pro necessitate propria usu. VII. §. 3.

Vide *Uvae.*

Brachium.

In generali Congregatione determinandum, adhibendum contra Dominum; qui subditum migrare volentem, illegitime detinet. IV. §. 4.

Et qui elocationem aut conductionem fornicis illegitime impedit. VI. §. 7.

Butyrum.

Butyri praestatio solita suffertur. VII. §. 4.

C.

Cacabi.

Vide *Crematum.*

Caducitas.

Vide *Defectus.*

Cambia.

Cambia sessionalium constitutivorum, sine consensu Domini hucdum interventa, sua via rescindi possunt. V. §. 4.

In futurum vero attentanda, cum interventu legalis testimonii et Fisci Magistratualis, summaria via sufferenda sunt. V. §. 4.

Sed subditi in Comitatibus Temes, Torontal, Krassó, possunt cum consensu Dominii inter se fundos cambiare. V. §. 7.

Si Dominus terrestris pro usibus suis fundis colonicalibus intra- vel extravillanis indiget. Vide *Dominus terrestris.*

Canabes et linum.

Ex his, juxta praevigentem usum, seu nona, in natura desumenda, seu e dominalibus canabibus et lino, a singula Sessione 6 librae, et sic a minori constitutivo proportionata filatura exigenda est. VII. §. 2.

Ubi filatura viguit, optio datur colonis nonam in natura substituendi. VII. §. 2.

Nona haec competit saltem e canabe et lino in terris urbarialibus procreatis. VII. §. 2.

In Comitatibus Posega, Verőcze, Szerém. Vide *Posega.*

Vide *Filatura.*

Canales.

Canales struendi. Vide *Expropriatio.*

Candidatio.

Jus Domini aut compossessoratus est Judicem communitatis candidare, ubi in usu fuit. IX. §. 1.

Capones.

Caponum solita praestatio suffertur. VII. §. 4.

Castaneae.

Castaneas in sylvis dominalibus colligere subditis non licet. VI. §. 4.

Castriferrei Comitatus.

Ibi tres sunt agrorum Classes. Sessioni competunt in 1ª Classe 18; in 2ª 20; in 3ª 22 jugera.

Pratorum vero ubi cordum falcari potest 6, ubi non potest 8 falcastra.

Catholici Parochi.

Vide *Parochi.*

Caules.

Vide *Horti.*

Censura rationum.

Vide *Rationes.*

Census.

Singulus colonus et inquilinus solvet a propria domo annue Domino terrestri unum

florenum; et quidem dimidium festo S. Georgii; alterum festo S. Michaelis. VII. §. 1.

Ubi vero census hic ad fundos intravillanos restrictus, aut praedefixo levior obtinuit, maneat porro. VII. §. 1.

In Comitatibus Posega, Verőcze, Szerém, solvit hoc titulo colonus integrae sessionis 3 fl.; mediae 1 fl. 30; quartae 45 kr. Inquilinus vero 1 fl.; in iisdem ratis duabus. VII. §. 1.

Census fornicum. Vide *Fornices.*

Census glandinationis. Vide *Glandinatio.*

Cespes.

Cespes vicinus reservatur dispositioni dominali, ita quidem, quod in illo educilla vel diversoria exstruere possit. VI. §. 2.

Vide *Pascuum.*

Circumforaneus quaestus.

Vide *Quaestus.*

Citatio in verbali processu.

Vide *Verbalis processus.*

Classificatio locorum.

Per praevigentia Urbaria in omnibus regni partibus defixa porro stabilitur. V. §. 1.

Classificatio agrorum et pratorum in singulis Comitatibus. Vide singulos Comitatus nominatim.

Classificatio diverticulorum occasione Regulationis. Vide *Regulatio.*

Coloni.

Coloni praehabitas in fundo suo investitiones et meliorationes, una cum beneficio usufructuationis Sessionis et constitutivorum colonicalium vendere et emere possunt. IV. §. 6.

Vide plura sub *Emtio.*

Colonis singillativis epocillatio urbarialis nullatenus competit. VI. §. 2.

Vide plura sub *Epocillatio.*

Colonis competit gratuita lignatio focalis et aedilis. Vide *Lignatio.*

Coloni jus fornicem aperiendi. Vide *Fornices.*

Cremati ustio. Vide *Crematum.*

Colonorum sessionalis competentia. Vide *Constitutivum sessionale.* — *Sessio.*

Colonorum labores Dominio praestandi. Vide *Labores.*

Colonorum amotio. Vide *Amotio.*

Migratio. Vide *Migratio.*

Vide plura sub *Subditus.*

Comaromiensis Comitatus.

Ibi vigent in agris tres classes. Uni Sessioni debentur in 1ª Classe 20; in 2ª 22; in 3ª 24 jugera.

In pratis, ubi cordum semper falcatur 6; ubi raro 8; ubi nunquam 10 falcastra.

Combinatorium Instrumentum.

Vide *Regulatio.*

Comitatus.

Generali Congregationi referat Vicecomes de decursu negotii in casibus migrationum colonorum, Domino terrestre impedimenta ponente. IV. §. 3.

Eadem brachium ordinet si Dominus terrestris ultro impedimenta fecerit. IV. §. 4. Vide *Brachium.*

Generali Congregationi referat Dominus terrestris casus numerosioris migrationis colonorum. IV. §. 5. Vide *Migratio.*

Judex Nobilium referat casus desertarum Sessionum, quas Dominus terrestris mox impopulare nequit. IV. §. 14.

Idem casus via summaria réscissorum cambiorum, aut subdivisionum Sessionum. V. §. 4.

*

Idem de resultato investigationis urbarialium querelarum. Vide *Querelae urbariales. Sedes dominalis.*

Idem conventiones Domini cum subditis de exstirpaturis. VI. §. 1.

Comitatus praefigit terminum sedis dominalis pro decidendis querelis urbarialibus. Imo in casu neglectus etiam individua sedis dominalis denominat. Vide *Sedes dominalis.*

Provideat de antevertendo detrimento incolarum, ex defigendo per Dominium vindemiae tempore enasci queunte. VII. §. 3.

Et de judicandis causis nundinalibus, si Dominus terrestris negligit. XVIII. §. 18.

Deputationem exmittit ad Regulationes urbariales. Vide *Regulatio.*

Ad segregationes pascui. Vide *Pascuum.*

Et ad querelas de lignatione. Vide *Lignatio.*

Comitatui just est, ubi in usu fuit, vindemiationis tempus defigere. VII. §. 3.

Comitatus defigant distantias locorum, item tempus itus et reditus, pabulationis, adaquationis pecorum, quietis, in laboribus dominalibus observandum. VII. §. 5.

Promoveant conventiones de reluitione nonae et decimae pactandas. VII. §. 2. XXXIV.

Invigilent ut computus de laboribus ordinarie peragantur. VII. §. 11.

Disponant de neglecta revisione rationum Communitatum. IX. §. 5.

Etiam de modo incassandae contributionis a nobilibus colonicalia tenuta, et a Dominis terrestribus desertas sessiones usuantibus. XI. §. 14.

Defigant tempus immunitatis a contributione a desertis sessionibus; sed non ultra 6 annos. XI. §. 5. 13.

Defigant aequivalens praestationis manipulorum arundinis ab exsiccato arundineto, colonis ultra constitutivum urbariale exciso: si conventio succedere non potuit. VI. §. 5.

Comitatenses Officiales, (exceptis Vicecomitibus, Judlium, Jurassoribus, Fiscalibus, et salarisatis Assessoribus) reliqui in Praesides aut Convocatos sedium dominalium urbarialium deligi possunt. X.

Sed illi in Sedria, ubi causae in sedibus dominalibus pertractatae assumentur, voto non gaudent. X.

Cassae Comitatus domesticae competit di-

midium poenae 200 fl. a Domino, colonum migrare volentem, indebite detinente, exactae. IV. §. 4.

Eidem competit tota 200 fl. mulcta ab illo, qui subditum sine dimissionalibus Domini terrestris aut Vicecomitis testimonialibus emigrantem recipit. IV. §. 4.

Eidem dimidium poenae 50 — 200 fl. Domino subditos indebite vel ultra mensuram punienti dictatae. X. §. 5. sub 4.

Item poenae 200 fl. Domino terrestri a subditis exactiones excessivorum laborum facienti dictandae. VII. §. 11.

Comitatus sedes judiciaria. Vide *Sedes judiciaria.*

Commassatio tenutorum.

Vide *Regulatio.*

Communitates.

Communitatum interna administratio coordinatur. IX.

Vide *Judex, Jurati, Notarius, Contributio, Rationes.*

Communitates excluduntur ab emtione sessionum et constitutivorum colonorum et inquilinorum. IV. §. 6.

Sed desertas sessiones erga emolumenta et onera usque ad impopulationem colant. IV. §. 14.

A fundis Communitatis obvenientium praestationum intuitu, praevigens usus manutenendus. VII. §. 10.

Debitorum contractio communitatibus vetita est. IX. §. 4.

Dominus terrestris potest stringere Communitates ad exarendanda beneficia Communitatis, si domestica administratio eorum magis lucrosa non esset. IX. §. 2.

Occasione talis licitationis Dominus ipse vel ejus officialis actum solenniset. IX. §. 2.

Si vero Dominus ipse collicitare vellet, suppletur per personam magistratualem. IX. §. 2.

Communitates quotannis prospectum futuri anni erogationum parent, et Domino terrestri pro revisione et approbatione exhibeant. Qui si hoc intra mensem non fecerit, supplere tenetur Judex nobilium. IX. §. 4.

Primores assistant executioni contra refractarios subditos authoritate dominali suscipiendae. X. §. 3.

In Communitatibus formato magistratu non provisis verbales causas ad vires 12 fl.

judicat Judex cum duobus primoribus. XX. §. 3.

In ordinato magistratu vero provisis, Judex cum duobus Senatoribus, aut Juratis ad vires 60 fl. XX. §. 4.

In posterioribus complanat Magistratus casus divisionum inter fratres, juxta principia Art. XIV. defixa XIV. §. 10.

Communitati, distincto Judice et Juratis provisae competit epocillatio vini. Vide *Epocillatio.*

Communitatum servis lignatio focalis competit. Vide *Lignatio.*

Communitatum sylvae. Vide *Sylvae.*

Communitates possunt et jus fornicum exercere VI. §. 7. si hucusque in usu fuerunt. Ib.

Comparitio.

Comparitionis terminus in verbalibus processibus. Vide *Verbalis processus.*

Competentia.

Agrorum et pratorum. Vide *Constitutivum.*
Pascui. Vide *Pascuum.*

Compossessores.

Loci, excluduntur ab emtione sessionum

et constitutivorum colonicalium et inquilinarium. IV. §. 6.

Compossessores possunt segregationem pascui dominalis ab urbariali petere. VI. §. 3.

Ad desiderium compossessoris, vel majoris colonorum partis, cum proportione etiam regulatio terreni urbarialis suscipienda est. X. §. 6. lit. d.

Computus.

De Laboribus ordinarie peragantur. VII. §. 11.

Conditiones.

Conditiones Contractuum urbarialium. Vide *Contractus*.

Reluitionis exstirpaturarum. Vide *Exstirpaturae*.

Confiscatio.

Vini, post festa natalitia et respective post festum S. Georgii in aliqua Communitate sub epistomio reperti licita est. VI. §. 2. Vide *Epocillatio*.

Confiscatio habet locum contra venationis, piscationis, aucupii jus exercentes subditos. VI. §. 8.

Confiscatio gallarum et glandium furtim in sylva dominali collectarum. X. §. 5. sub 3. lit. c.

Consensus Domini terrestris.

Requiritur 1. ad Contractus venditionum-emtionum sessionum et fundorum colonicalium. IV. §. 7.

2. ad dismembrationem sessionum occasione venditionis. IV. §. 9. et 10. lit. e.

3. ad cambia fundorum inter subditos in Comitatibus Temes, Torontal, Krassó. V. §. 7.

4. ad sessionum reductionem ad medias et quartas, sed non ad minores. V. §. 4.

5. ad pignorationes vel temporanea cambia tenutorum sessionalium. V. §. 5.

6. ad exstirpationes; in scriptum redigendus et protocollo fundorum inserendus, debet conditiones reluitionis diserte continere, secus actus reluitionis ad liberam conventionem recidet. VI. §. 1.

7. ad vitibus plantandas plagas sub nomine promontorii intelligendas. VI. §. 2.

8. ad agrum in hortum aut in vineam transformandum. VII. §. 2.

9. ad venditionem botrorum e vineis nonae aut decimae obnoxiis. VII. §. 3.

10. si extraneus fornicem conducere vult. VI. §. 7.

11. ad numerum educillorum Communitatis. Vide *Educillum.*

Consilium Reg. Locumtenentiale.

Consilio R. L. incumbit, in casibus numerosioris aut plane totalis alicujus loci migrationis, sibi per Comitatus relatis, in sensu legis (cujus? fors 1723. 18) congrua disponere. IV. §. 5.

Eidem referendi sunt Contractus urbariales. Vide *Contractus.*

Et casus, si sessiones desertae impopulari non possunt. IV. §. 14.

Ita etiam si sessio, seu in parte, seu in toto inusuabilis reddita, vel quoad praestationes devalvatur, vel vero totaliter e numero sessionum expungitur. IV. §. 14.

Porro casus reluitionum Exstirpaturarum. VI. §. 1.

Consilium R. L. est forum superrevisorium pro omnibus urbarialibus causis. X. §. 4.

Et tenetur sententias suas motivis in legibus fundatis, ac seriatim enumerandis fulcire. X. §. 4.

*

Constitutivum sessionale.

Prout per Urbarium Theresianum stabilitum est porro confirmatur. Art. V. introitus.

Agrorum pratorum in omnibus Comitatibus. Vide singulos Comitatus.

Quantitas minima jugerorum est 16 in pluribus Comitatibus, maxima vero 40 in Arvensi solo. — Falcastrorum minima 6; maxima 22 in pluribus Comitatibus. V. §. 1.

Constitutivorum cambia et subdivisiones sine consensu Domini terrestris hucdum interventa, rescindi possunt sua via; in futurum attentanda, via summaria, cum interventu legalis testimonii et Fisci Magistratualis. V. §. 4.

Constitutivi quantitas relate ad medias, et quartas, semper in proportione directa esse debet (h. e. si ad integram sessionem in agris 26 jugera spectant, media habeat 13; quarta 6½ jugera). V. §. 6.

Excipiuntur ab hac regula Comitatus Temes, Torontal, Krassó, ubi proportio haec nec hucusque obtinuit, sed improportio diversitate praestationum exaequabatur. V. §. 6.

In terrenis jam regulatis, ubi nova regulatione saltem segregatio tenutorum et pascui intenditur, competentia constitutivi non re-

stringenda, sed in perfecto aequivalenti assignanda est. X. §. 6. lit. b. Vide *Regulatio*.

Vide etiam *Adjustatio*, *Inquilini*, *Intravillanum*, *Pascuum*, *Sessio*.

Contrabanda.

Vide *Confiscatio*.

Contractus urbariales.

Ante introductum Urbarium initi, vel via urbariali stabiliti confirmantur. VIII. §. 1.

Conditionati possunt cessantibus conditionibus via juris rescindi. VIII. §. 1.

Perennales in futurum ratione duntaxat laborum et datiarum seorsive iniri possunt VIII. §. 2.

Sed jura regalia hujusmodi contractuum objectum esse nequeunt; et nefors haec involventes, per successores Domini terrestris via juris hac in parte rescindi poterunt, contractu de cetero stante. VIII. §. 2.

Temporanei etiam de juribus regalibus iniri possunt. VIII. §. 5.

Perennales, seu antiqui, seu futuri, invalidari possunt, si sint vi et metu extorti, vel fraude et dolo procurati, aut per contrahendi incapaces initi. VIII. §. 3. et 6.

Conditionibus perpetui aut temporanei Contractus, tractu temporis impossibilibus redditis, in via urbariali aliae substituendae sunt. Et tunc perennales manebunt tales, temporanei etiam qua tales. VIII. §. 4.

Quoad Contractus ad indeterminatum tempus initos, si edictionis terminus pactatus non est, edictio annualis observanda est. VIII. §. 5.

Contractus de annuis praestationibus seu perennales seu temporanei, coram omni foro sunt strictae interpretationis. VIII. §. 6.

Semper in praesentia Fisci Magistratualis et legalis testimonii ineundi. VIII. §. 6.

Modus ineundi Contractus urbariales. Contractus, de annuis praestationibus, tam perennales quam temporanei, accomode ad vigentia rerum et operarum localia pretia, modum item merendi et subsistendi pactentur. Legale testimonium obligationes subditorum, e nova conventione promanantes, cum fixa legalium praestationum norma combinabit, et instrumentum combinatorium Sedriae praesentabit. Si Sedria coactionem quampiam, vel circumventionem intervenisse, aut contractualia onera in complexu sumta, urbarialibus aeque in complexu consideratis, graviora esse compererit, contractum quidem non modificabit, sed ad noviorem con-

ventionem partes inviabit. Si vero Contractum approbaverit, exemplar unum ad Archivum Comitatus reponetur, alia duo contrahentibus partibus tradentur. VIII. §. 6.

Contractus temporanei, per Sedriam approbati illico vigorem sortientur; perennales vero praevie adhuc Consilio R. L. substernendi sunt; salvo jure inspectionis Regiae Majestatis etiam quoad temporaneos via Consilii R. L. exercendo. VIII. §. 2. et 6.

Ad invalidationem Contractuum urbarialium suscitatae causae in ordinaria juris via appellantur usque ad Septemviratum intra Dominium. X. §. 4. Vide *Appellata.*

Contractus, vi quorum sessiones in pignus aut in hypothecam obligarentur, nulli sunt. IV. §. 11.

Contractus super emtione sessionum nulli peraeque sunt, si protocollatio eorum, culpa ementium intermittatur. IV. §. 7. lit. b.

Contractus de reluitione nonae et decimae pactandos, Comitatus promovere obligantur. VII. §. 2. XXXIV.

Contractus impopulationales, guerales, scultetiales, inscriptionales, vel quomodocunque alias vocati, initi et ineundi, regulationi terrenorum obstare nequeunt. VIII. §. 7.

Contractus emtionales-venditionales. Vide *Emtio.*

Contractus de Nona, Decima. Vide *Nona, Decima.*

Contractuale tractamentum locum habet, ubi Urbarium realiter nunquam introductum fuit. VIII. §. 4.

In talibus locis regulatio saltem juxta principia contractus suscipi poterit. Vide *Regulatio.*

Confer *Conventio.*

Contributio publica.

Contributionem tenetur migrans subditus ante abitum complanare. IV. §. 1.

Ad contributionis individualem repartitionem concurrit Dominus terrestris; non item ad incassationem. IX. §. 3.

Contributionem solvere tenetur etiam subditus nobilis. A quibus objectis? Vide *Nobilis.*

Dominus terrestris vero a desertis. Vide *Desertae.*

A nobilibus, tenuta urbarialia; et a Domino terrestri, desertas sessiones usuantibus, quomodo incassanda sit, disponant Comitatus. XI. §. 4.

Contributio competit a quocunque, qui desertas sessiones usuat. XI. §. 13.

Immunitas exterorum a contributione, quibus desertae sessiones conferuntur. Vide *Exteri.*

Conservando contributionis fundo Fiscum magistratualem intentum esse oportet. X.

Contumelia.

Contumelia Dominum terrestrem aut ejus hominem afficientis subditi poena. Vide *Subditus.*

Convectio.

Nonae et Decimae. Vide *Nona* et *Decima.*

Lignorum et Arundinis. Vide *Ligna* et *Arundo.*

Conventio.

Cum inquilinis fundos curiales aut praedia incolentibus. Vide *Inquilini.*

Cum artistis, opificibus, mercatoribus, quaestoribus de reluitione laborum. Vide *Reluitio.*

Confer ***Contractus, Exstirpaturae, Lignatio.***

Corporales poenae.

Subditis per Dominia irrogandae. Vide *Arrestum* et *Poena*.

Crematum.

Cremati exustio e racemis, fructibus, vino ejusque faecibus, quibusvis item terrae nascentiis, exceptis unice frugibus (non intellecta huc pro fermentatione ciclaminum necessaria frugum quantitate) seu pro propria necessitate, seu pro quaestu subditis licita est. VI. §. 2.

Ipsis nihilominus tantum subditis (non ergo Parochis et aliis qui subditi non sunt). VI. §. 2.

Sed ubi subditi hucusque etiam e frugibus crematum producebant, porro etiam poterunt. VI. §. 2.

Quaestus cremati saltem per urnas admissus est, non ergo epocillatio. VI. §. 2.

A cacabis crematoriis annuam taxam 2 fl. singuli solvent Dominio, qui illis utuntur, non habita reflexione productae quantitatis. VI. §. 2.

Ad ollas crematorias Dominus terrestris ligna focalia dare non tenetur. VI. §. 4.

Criminalis

Actio locum habet in casibus saevitiei Domini terrestris. X. §. 5. sub 4.

Contra subditos et servitores excessus criminales patrantes. X. §. 5. sub 4.

Criminales poenae corporales quomodo irrogandae. Vide *Poena.*

Criminalis sententiae appellatio relate ad ignobiles. Vide *Ignobiles.*

Crisiensis Comitatus.

In hoc sunt agrorum classes quatuor. Ex his competunt uni sessioni

1. In districtu Podravano, in 1ª Classe 12; in 2ª 14; in 3ª 16; in 4ª 18 jugera.

2. In Verbovczensi in 1ª Classe 16; in 2ª 18; in 3ª 20; in 4ª 22 jugera.

3. In Monte Claudio, in 1ª Classe 18; in 2ª 20; in 3ª 22; in 4ª 24 jugera.

Ex pratis ubique aequaliter, nempe ubi cordum semper falcatur 6; ubi raro 8; ubi nunquam 10 falcastra.

Croatia.

Labores annui Dominiis praestandi iidem qui in Hungaria. VII. §. 5. Vide *Labores.*

Csanadiensis Comitatus.

Ibi classes agrorum duae saltem sunt; et competunt uni sessioni in 1ª Classe 36; in 2ª 38 jugera.

Pratorum absque discrimine 20 falcastra.

Csongrád. Comitatus.

Classes agrorum tres. In 1ª competunt uni sessioni 34; in altera 36; in tertia 38 jugera.

Pratorum absque discrimine 22 falcastra.

Culinares datiae.

Ex pullis, caponibus, ovis, butyro sufferuntur. VII. §. 4.

Curatela orphanorum.

Vide *Orphani.*

Curiae nobilium.

Ab olim in educillatione privilegiatae maneant in usu vi 35. 1598. VI. §. 2.

Curiales fundos incolentes. Vide *Inquilini.*

D.

Damna.

I. ***Per subditos*** in sylvis, satis, vineis, agris, pratis seu Dominio seu consubditis inferenda, per disinteressatos, etiamsi ex vicinis communitatibus requirendos, in concursu primorum loci aestimanda; et si 60 fl. non excedant, una cum diurnis et expensis auctoritate dominali exsequenda sunt. X. §. 5. sub 3. lit. a.

Appellata ad Sedriam extra Dominium ibid.

Sexaginta florenos excedentia per Sedem dominalem judicanda. X. §. 5. sub 3. lit. a.

Gravi culpa aut dolo, fraudulenta nonae occultatione, et per quascunque praescriptorum urbarialium transgressiones causata damna, eadem ratione vindicanda. X. §. 5. sub 3. lit. b.

Et insuper per Sedem dominalem arresto 1—8 dierum punienda. X. §. 5. sub 3. lit. b.

Si convicti satisfacere non possent, dictet poenam delicto commensurandam Sedes judiciaria. X. §. 5. sub 3. lit. f.

Vide *Gallae*, *Glandinatio*.

Subditi Dominio damna iterato cum malitia inferentes, *amovendi* sunt. X. §. 5. sub 4.

II. *A Domino* subditis illata, investiget Judex Nobilium in praesentia primorum loci, et complanare tentet. Si non successerit, damno 60 fl. non excedente, Dominum in summa aestimationali et in expensis convincat et exsequatur. Appellata extra Dominium admissa. X. §. 5. sub 3. lit. d.

Ultra 60 fl. judicet summarie Sedria. X. §. 5. sub 3. lit. d.

Si gravis culpa aut dolus prodiret, Dominus terrestris convincendus in poena dupli ibid.

Si vero Dominus terrestris subditis suis damna studio et iterato inferret, actore Fisco Magistratuali in poena 50 — 200 fl. in dimidio laeso, in altero cassae domesticae cessura convincendus est. X. §. 5. sub 4.

Damnum in glandinatione. Vide *Krassó.*

Damna ob neglectam relationem de desertis sessionibus tenetur Judlium resarcire. IV. §. 14.

Si Nobilis subditus seu Domino terrestri seu consubditis damna inferret. Vide *Nobilis.*

Per servitores illata damna. Vide *Servitores.*

In causis damnorum ferendae sententiae partibus gratuito extradandae. X. §. 5. sub 5.

Damna orphanorum. Vide *Orphani.*

Datiae urbariales.

Vide *Census*, *Nona*, *Decima*, *Crematum* et reliqua.

Quoad datias et praestationes perennales Contractus urbariales fieri possunt VIII. §. 2.

Abrogatae datiae. Vide *Abrogata.*

Debita.

Subditus migrare volens tenetur omnia sua debita (Dominio et publico) complanare. Sed quoad privatorum praetensiones, si creditores consenserint, fidejussio acceptari poterit. IV. §. 1.

In casu defectus fundi id quod leges regni disponunt, observabitur. Ibid.

Amovendus colonus aut inquilinus intra trimestre debita sua complanare tenetur IV. §. 13.

Ad rationem debitorum sessiones assignari,

et etiam ultra defixum maximum possideri possunt IV. §. 10. lit. b. De maximo vide *Sessio.*

Ad complananda, sessiones vendi possunt licitationis ope. IV. §. 13. et XV. §. 16.

Debita contrahere Communitates prohibentur IX. §. 4.

Minutiora debita verbali processu quomodo acquirenda. Vide *Verbalis processus.*

Debita et qualescunque pecuniarias convictiones in executionem sumendi modus XV.

Decima Cleri.

Quae art. VII. de nonae desumtionis modo, tempore, item de promovendis contractibus reluitionalibus statuta sunt, extenduntur etiam ad Cleri et hujus indolis decimas. XXXIV. Vide *Nona.*

Decimas dantes, has nec in futurum convehere obligantur. Ibid.

Et à quibus objectis in art. VII. obligatio nonam praestandi cessavit, ab iis nec decima competit. Ibid.

Fructus hortenses, caules et alia producta in Comitatibus Temes, Torontal, Krassó a Decima hucusque exemta erant manentque. VII. §. 2.

Ex prunis in Comitatibus Posega, Veröcze Szerém non competit. VII. §. 2.

Decima minor est, quae ex canabibus, lino caulibus, cucurbitis, fabis et aliis vegetabilibus praestatur. VII. §. 2.

Ex vinis desumenda in natura intra tempus per Comitatum defigendum, sub poena amissionis illius anni 95. 1647. 7. 1802. VII. §. 3.

Nona, sub nomenclatione Decimae Dominio competens, desumenda est juxta principia pro nona defixa. VII. §. 2.

Defectus.

Deficienti ab intestato subdito succedit Dominus terrestris, adeoque omnis talis casus mortis per Judicem et primores loci Domino illico insinuandus IX. §. 9.

Dehonestatio.

Vide ***Contumelia.***

Deputatio.

Deputationis Comitatensis agenda in casibus Regulationum. Vide ***Regulatio.***

Deputatio conscribat omnes desertas sessiones. Vide ***Desertae.***

Concurrit ad sopiendas querelas de lignatione focali. Vide *Lignatio.*

Ad segreganda pascua. Vide *Pascuum.*

Desertae sessiones.

Inter desertas sessiones illae etiam referuntur, quae occasione amotionis colonorum vendi non possunt. IV. §. 14.

Desertam sessionem Dominus terrestris mox impopulare tenetur. Si non posset Judex Nobilium tenetur desuper, sub amissione officii et refusionis damni, proximae Congregationi fine publicationis referre. Comitatus vero in causas desertionis investigari, interea vero Communitatem aut quemcunque ad culturam permoveri curabit. IV. §. 14.

Si sessio, in parte inusuabilis reddita impopulari nequit, relate ad praestationes devalvanda est. Ib.

Si totaliter inusuabilis est, e numero sessionum expungenda, et desuper, re integre servata, ad Consilium Lctle referendum. IV. §. 14.

Si ob saevitiem Domini deserta est, Dominus poenae saevitiei obnoxius erit. IV. §. 14.

Sessiones desertae in sensu 18. 1723. quo ocyus impopulandae, et si non succedat, ad

Consilium Lctle referendum est. IV. §. 14. XI. §. 9.

Sessiones tempore introducti Urbarii, etiam in praediis qua populosae conscriptae, aut subseque efformatae, serius vero quocunque modo desertae, per Deputationes Comitatus conscribantur, et sine ullo pretio solvendo cuicunque, erga solitas praestationes conferantur XI. §. 9. 10.

Et quidem etiam interimaliter erga ferenda inhaerentia onera, cuicunque XI. §. 9.

Conferri possunt etiam extraneis cum immunitate a contributione ad tempus per Comitatus defigendum, sed non ultra 6 annos. XI. §. 13.

Dominus terrestris, determinatione Comitatus erga Deputationis relationem lata, non contentus, tunc saltem in via juris uberius audiri potest, si desertae sessiones ex urbarialibus tabellis ad evidentiam remonstrari nequirent. Casu in hoc, actore Fisco Magistratuali processus coram sedria erigendus est; et si sententia hujus cum deciso Generalis Congregationis conveniret, Dominus terrestris, si tenuta illa usuavit, a die motae litis tam contributionem, quam et reliqua publica onera, ad aes paratum reducenda, depurare obligatur. X. §. 11.

*

Hoc fine ad forum Judicis Nobilium et Jurassoris, quantacunque summa esset, cum praefixione legalis termini citabitur, summarie audietur, et omnibus formalitatibus, remediis juridicis, praescissis, in juristitiis etiam, in restantia contributionali, una cum expensis convincetur, ac illico executioni etiam subjicietur. X. §. 14.

Appellata in tali processu saltem extra Dominium ad Sedriam, nec ultra admissa est. X. §. 14.

Impopulationem desertarum impedientis Domini terrestris poena sunt 200 fl. toties quoties. XI. §. 9. et 12.

Appellata a Sedria ad altiora fora intra Dominium. XI. §. 12.

Diaetale subsidium.

Quod hucusque Dominis terrestribus, per Regales ad Comitia vocatis, subditi praestare solebant, inter generice abrogatas datias comprehenditur. VII. §. 11.

Dimensio terrenorum.

Occasione metalium processuum. Vide *Metae.*

Occasione Regulationum. Vide *Regulatio.*

Dimissionales.

Migranti colono Dominus terrestris gratuito dare tenetur. IV. §. 2.

Si non dederit, Vicecomes supplet. §. 3.

Dimissionalibus Domini terrestris non indiget migrare volens subinquilinus, verum saltem testimonialibus Magistratualis. IV. §. 15.

Nec proles colonorum et inquilinorum opificium discere volentes, aut quodcunque honestum vitae genus amplectentes: verum saltem penes passuales Magistratualis emigrare possunt. IV. §. 15.

Distantiae locorum.

Vide *Locorum* et *Comitatus*.

Diurna.

Nulla in orphanalibus negotiis. IX. §. 6.

Nec in sedibus dominalibus per Comitatum pro pauperiori Domino terrestri ordinatis. X. §. 2.

Diurna pro aestimatione Damnorum solvenda. X. §. 5. sub 3. lit. a.

Divisio.

Tempore divisionis successorum Domini terrestris domus paterna cedit minimo natu

fratri; pro reliquis aedificandae sunt domus paternae similes, ubi quis voluerit. Et in hoc casu potest pro fundo aedium etiam colonicalis sessio destinari vi 40 1ae. IV. §. 6. et 12.

Divisio inter fratres carnales aut etiam uterinos, aut fratrueles subditorum, juxta eadem principia instituenda est, prout inter Nobiles, et exmissiones sunt per Dominum terrestrem suscipiendae, quoad Communitates ordinato Magistratu non provisas. XIV. §. 10.

Dolus.

Dolo illata damna. Vide *Damna.*

Dolo procurati Contractus urbar. Vide *Contractus.*

Dominus terrestris.

I. *Jura ejus:* Datias et praestationes urbariales a subditis exigendi. Vide illas speciatim.

Contra refractarios subditos, manifestas, nec controversas praestationes urbariales denegantes, potest propria auctoritate, etiam executione agere; sed citra poenam corporalem. X. §. 3.

Item ob quascunque urbarialium praescriptorum transgressiones. Vide *Damna.*

Si fundis colonicalibus intra-aut extravillanis

indiget, potest illos, erga perfectum aequivalens et pro superaedificatis ac meliorationibus plenam indemnisationem, via urbariali excambiare. V. §. 7.

Huc spectat casus erigendi educilli. VI. §. 2.

Et necessariae abaestimationis. Vide *Abaestimatio. Divisio.*

Sed excluditur in casibus venditionum ab emtione sessionum et constitutivorum colonorum et inquilinorum. IV. §. 6.

Exstirpaturas quando et quomodo adimere aut reluere possit. Vide *Exstirpaturae.*

Quo in casu remanentiales terras pro se occupare? Vide *Regulatio.*

Succedit deficienti ab intestato subdito. IX. §. 9. Vide *Defectus.*

In casibus expropriationis tenutorum urbarialium pro canalibus, ductibus ferreis, pontibus, pro amissis datiis urbarialibus plene indemnisari debet. XXV. §. 6.

Potest segregationem pascui dominalis ab urbariali petere. VI. §. 3. Confer *Pascuum.*

Ita etiam regulationem terreni urbarialem. Vide *Regulatio.*

Potest impedire extraneum e justis causis,

praesertim ab excessibus notatum, a conductione fornicis. VI. §. 7.

Potest subditum stringere ad reluenda tenuta sessionalia, cum consensu suo impignorata, vel pro tempore cambiata; et sine consensu suo factas impignorationes rescindere. V. §. 5.

In venditiones sessionum 4ª minorum alias consentire non tenetur, nisi si emens suam sessionem ad legalem quantitatem evehere velit. V. §. 4.

De jure consensus. Vide plura sub *Consensus.*

Jus irrestrictum Educilla erigendi. Vide *Educillum.*

Manet in cousu sylvarum Communitatis, si in illo praefuit. VI. §. 4.

Si quoad metas impetatur, etiam subditi operis concurrere tenentur. X. §. 8.

Si coloni regulationem terreni petebant, manuales et currules operas eum in finem praestare tenentur. X. §. 8.

Querelae urbariales per subditos primo proponi debent Domino terrestri. Vide *Querelae.*

Potest subditos amovere. Vide *Amotio.*

Jura regalia recipere. Vide *Jura regalia.*

Non contentus repositione subditi contra se, agat via urbariali. X. §. 3.

Damna sibi illata vindicet. Vide *Damna.*

Quoad Communitates.

Pro Judice candidat tria Individua; non item pro Juratis. Notarios confirmat. Haec si usus talis praeviguit. IX. §. 1.

Potest Communitates stringere ad exarendanda beneficia Communitatis, et seu in persona, seu per Officialem suum in actum licitationis influere et hunc solennisare. IX. §. 2.

Potest tali occasione beneficia Communitatis ipse in arendam sumere; quo in casu persona magistratualis actui interesse debet, et superinspicere. IX. §. 2.

Ex jure inspectionis concurrit ad individualem contributionis repartitionem, non item ad incassationem. IX. §. 3.

Defigit tempus vindemiae. VII. §. 3.

Praescribit ordinem sylvanalem. VI. §. 4.

Plura mox infra inter obligationes.

***II. Judicatus* Domini terrestris:**

Jurisdictio ejus judiciaria. Vide *Sedes Dominalis.*

In sede urbariali praesidere nequit. Vide *Ibid.*

Iudicat causas nundinales ignobilium occasione nundinarum, cum Judlium et Jurassore. XVIII. §. 18.

Curat divisiones inter fratres, in Communitatibus Magistratu non provisis, procurari. XIV. §. 10. Vide *Divisio.*

Iudicat in verbali processu debita et praetensiones, in Communitatibus formato Magistratu non provisis, supra 12 fl. usque 60 fl. vel ipse vel per constitutum hoc fine jurisperitum. Appellata ad Sedriam extra Dominium XX. §. 3.

III. Obligationes et onera Domini terrestris:

Migranti subdito tenetur dimissionales dare IV. §. 2.

Desertas sessiones tenetur impopulare IV. §. 14.

In casibus regulationum sessionum defectum quibus in adjunctis compensare teneatur. Vide *Regulatio.*

Circa orphanos subditorum. Vide *Orphani.*

Pro fundis, quos a subditis habere vult, tene-

tur perfecto aequivalente, et pro superaedificatis ac meliorationibus indemnisatione V. §. 7.

Solus fert expensas dimensionales occasione regulationis, si hanc coloni non petierunt. X. §. 8.

Ita etiam in metalibus causis qua Actor X. §. 8.

Revidet et approbat praeliminares fixarum et eventualium erogationum Communitatis prospectum, et quidem intra mensem. IX. §. 4.

Revidet et censurat Rationes Communitatis intra semestre, et necessaria disponit. IX. §. 5.

Si non fecerit etc. Vide mox infra *poenam*.

Circa arresta. Vide *Arrestum*.

IV. Poenae Dominum terrestrem manentes:

Consensum emtioni et venditioni sessionis colonicalis et inquilinaris sine justa causa denegans, punitur 200 fl. et refusione damnorum et expensarum. IV. §. 7. lit. a.

Impopulationem desertarum sessionum impediens 200 fl. XI. §. 9. Vide *Desertae*.

Subdito tenuta aut beneficia urbarialia pacifice usuata adimens, refundit damnum et expen-

sas subdito, et subditus intra annum et diem reponitur. X. §. 3.

Subditum indebite, aut ultra mensuram puniens, actore Fisco magistratuali in poena 50 usque 200 fl. convincendus; cujus dimidium laeso, alterum Cassae domesticae cedet. X. §. 5 sub 4.

Colonum migrantem, etiam post Vicecomitis influxum indebite detinens, tenetur damna et expensas subdito refundere, et titulo poenae 200 fl. solvere, cujus dimidium cassae domesticae, aliud detento competit. IV. §. 4.

Colonum sine dimissionalibus Domini terrestris, aut Vicecomitis passualibus recipientis 200 fl. qui Cassae Comitatus domesticae competunt. IV. §. 4.

In elocatione aut conductione fornicis indebite impeditum, Vicecomes cum adjunctis, etiamsi brachio, in usum ponat, et impediens Dominus terrestris convincatur in refusione expensarum et damnorum via summaria. De lucro cessante et damno emergente in via urbariali decernendum. VI. §. 7.

Si intra semestre Rationes Communitatis non reviderit et non censuraverit, Comitatus revisionem disponat ad expensas Domini. IX. §. 5.

Ob excessivam laborum exactionem, per Vicecomitem summaria via, in damni refusione, et in duplicata, tempore coactionis currente operarum mercede convincitur. VII. §. 11.

Reiteratio exactionis excessivorum laborum, actore Fisco magistratuali, toties quoties mulcta 200 fl. punitur, cujus dimidium laeso, aliud Cassae Comitatus domesticae, juxta IV. §. 4. competit. VII. §. 11.

Si Sedem dominalem urbarialem per Comitatum praefixam celebrare neglexerit, ad expensas ejus Comitatus individua denominat. X. §. 2.

Subditis damna inferens. Vide *Damnum* et *Dupli poena.*

Saevitiei poena. Vide *Saevities.*

Neglectus circa orphanos subditorum. Vide *Orphani.*

Jus Montanum augentis poena violentiae. VII. §. 3.

Neglecta desumtio nonae aut juris montani. Vide *Nona* et *Jus montanum.*

Ductus ferrei (Eisenbahn).

Vide *Expropriatio.*

Dupli poena.

Tenetur Dominus terrestris, subditis dolo et culpa damna inferens. X. §. 5 sub 3. lit. d.

Excessivos labores exigens, per Vicecomitem summaria via in refusione damni et dupla mercede laboris convincitur. VII. §. 11.

Vide *Glandinatio.*

E.

Edictio.

Edictionis tempus quoad contractus urbariales, ad indeterminatum tempus initos, est unius anni. VIII. §. 5.

Educillum.

Educilla erigendi et constituendi facultas Domini terrestris irrestricta est, etiam tempore urbarialis epocillationis. VI. §. 2.

Et quidem potest hoc fine educilla vel in vicino cespite erigere, vel vero commodum fundum cambio vel conventione a subdito acquirere. VI. §. 2.

Sed abrogatur jus ejus, colonos juxta seriem domorum ad educillationem stringendi. VI. §. 2.

Educillorum Communitatis pro urbariali epocillatione numerus, cum consensu Domini, pro ratione situs et extensionis loci determinandus est. VI. §. 2.

Si desuper conventio non successerit, via urbariali defigatur. VI. §. 2.

Vide *Epocillatio.*

Emacillatio.

Vide *Macellum.*

Emtio - Venditio.

Emtio-Venditio investitionum et meliorationum, una cum beneficio usufructuationis sessionis, et constitutivorum colonicalium, singulo colono et inquilino posthac libera est. IV. §. 6.

Et quidem etiam extra tempus migrationis. §. 7. lit. b.

Ab emtione excluduntur: Dominus terrestris, compossessores loci, et Communitates, IV. §. 6.

Emere possunt etiam exteri incolatu gaudentes. IV. §. 7. lit. a.

Ad soliditatem emtionis-venditionis requiritur:

a) *Consensus Dominii;* qui sub poena 200 fl. et refusionis damnorum et expensarum sine ratione sufficienti denegari nequit. IV. §. 7. lit.

a. confer §. 4. Et saltem ex causis amotionis coloni recusari poterit. Vide *Amotio.* — Consensus protocollo fundorum per extensum inserendus. IV. §. 7. lit. b.

b) *Improtocollatio* sine taxa IV. §. 7. lit. b. Vide *Protocollum.*

Si protocollatio culpa ementis coloni intermittatur, Contractus pro nullo est habendus. IV. §. 7. lit. b.

Emtio - Venditio fundorum non potest obstare juri Dominii:

a) In casibus divisionum successorum Domini terrestris pro seniori fratre domum in fundo subditi erigendi. IV. §. 6. Vide *Abaestimatio.*

b) Regulationes urbariales instituendi, adeoque tenuta commassandi. IV. §. 8. Vide *Regulatio.*

c) Pascua segregandi, aut restringendi. IV. §. 8. lit. c.

Emtionis restrictio in illo consistit, quod in locis 40 Sessionum emtor saltem unam; in locis usque 80 Sessiones, duas; in locis usque 120 Sessiones tres; ultra 120 quatuor sessiones emere possit. IV. §. 10. Exceptiones vide sub *Sessio.*

Si una quarta minores sessiones venui ex-

ponerentur, Domini consensus a procuranda reunione sessionalis quottae pendebit; qui scopus etiam in casibus defectus colonorum infra 4^tam^ possidentium, prosequendus est. V. §. 4.

Excipiuntur Comitatus Temes, Torontal, Krassó. Ibid. Vide *Krassó*.

Vide *Licitatio*.

Epocillatio Vini.

Competit omni rusticanae Communitati (sed non singillativis colonis) sive in usu ejusdem praefuerit, sive non. Et quidem:

Si proprium habet promontorium, a festo S. Michaelis, usque festum S. Georgii.

Si vero non habeat, saltem usque festum Natalitiorum. VI. §. 2.

Quid sub nomine *Promontorii* intelligendum? Vide *Promontorium*.

Epocillatio promontorialistarum. Vide *Promontorialistae*.

Epocillatio urbarialis competit Communitati pro ratione situs et extensionis in una vel pluribus domibus. VI. §. 2.

De numero educillorum debet Communitas cum Domino convenire. VI. §. 2.

Si conventio non successerit, numerus educillorum via urbariali determinandus. VI. §. 2.

Epocillatio semper tantum in ipso loco, et non extra eundem, sub tentorio, admittitur, nisi in usu tali, occasione nundinarum annualium, Communitas hucusque etiam fuisset. VI. §. 2.

Pro hac epocillatione urbariali Communitas etiam aliunde vina invehere poterit. VI. §. 2.

Evoluto legali termino Communitati epocillatio sub poena contrabandae, h. e. amissionis totius sub epistomio repertae quantitatis interdicta est. VI. §. 2.

Epocillatio cremati subditis licita non est. VI. §. 2.

Epocillatio urbarialis non obstat

a) Juri Dominii diversoria vel educilla irrestricte erigendi et constituendi.

b) Juri epocillandi Curialistarum idcirco privilegiatorum art. 35. 1598. VI. §. 2.

Essentia Vini.

Ex hac nec nona nec decima, nec jus montanum competit. VII. §. 3. XXXIV.

Evangelici.

Vide *Ministri*, *Ludimagistri.*

Exceptiones.

Dilatoriae in processu querelarum urbarialium locum non habent. X. §. 2. Vide *Summaria via.*

Excessus.

Domini terrestris. Vide *Dominus terrestris*, et *Damna.*

Subditorum. Vide *Damna*, *Subditus.*

Servitorum. Vide *Servitores.*

Executio.

Authoritate dominali suscipienda habet locum, si subditi manifestas et nondum controversas praestationes urbariales denegant. X. §. 3. Vide etiam *Damna* et *Nona.*

Executio sententiarum pecuniarias convictiones continentium quomodo peragenda. XV.

Exmissio.

Exmissione non eget Judex Nobilium ad investigandas urbariales querelas ad se delatas. X. §. 1.

Expensae.

In quibus casibus adjudicandae. Vide *Damna. Dominus terrestris.*

Expensae dimensionales. Vide *Regulatio.*

Expropriatio.

Si privatae societates canales, ductus ferreos, pontes, in certis, in articulo designatis communicationum tractibus struere voluerint, terrarum et aedificiorum in ductu operis situatorum proprietarii locum, eum in finem, erga plenam bonificationem cedere obligantur. XXV. §. 1 et 3.

Idem valet etiam de urbarialibus fundis; sed idcirco tam colonus, pro fundis, quam et Dominus terrestris pro amissis urbarialibus ab iisdem fundis praestationibus plene indemnisari debent. XXV. §. 6.

Exstirpaturae.

Sessionale constitutivum ingressae, ab hoc avelli amplius non possunt, sed nec ulla praetensio redemtionis, aut bonificandae mercedis exstirpaturalis per colonos formari. V. §. 3.

Non ingressae, et pro subsistentia colonorum haud destinatae, possunt via urbariali relui; et donec reluantur, penes liberam cum Dominio conventionem, aut si haec non successerit, erga consuetum terragium vel censum per colonos usuari. VI. §. 1.

Reclamante Dominio efformatae possunt absque bonificatione laboris recipi. VI. §. 1.

Non reclamante Dominio, quandocunque efformatae, possunt, persoluta judiciali aestimatione, via urbariali adimi. VI. §. 1.

Vide de hac aestimatione: *Aestimatio.*

De quibus aut conventio cum Dominio inita, aut quibus summa quaepiam legitime investita est, possunt penes depositionem inhaerentis summae, ac respective juxta tenorem conventionis recipi. VI. §. 1.

Exstirpationes pro futuro citra consensum dominalem absolute sunt vetitae. VI. §. 1.

Tales exstirpaturas potest Dominus, intra triennium ab occepta exstirpatione, via summaria, in praesentia legalis testimonii et Fisci Magistratualis; post triennium vero saltem via urbariali, absque compensatione ulla recipere. VI. §. 1.

Si ad exstirpationes Dominus consensum dat, hic semper in scriptum redigi, laboris mercedem, occasione reluitionis compensandam diserte continere, et protocollo fundorum inseri debet. Si Dominus conditiones reluitionis inserere neglexit, actus reluitionis ad liberam conventionem recidet. VI. 1.

Exstirpaturae occasione Regulationis. Vide *Regulatio.*

Exteri.

Jure incolatus obtento possunt sessiones colonicales emere. IV. §. 7. lit. a.

Desertae sessiones exteris etiam conferri possunt cum immunitate a Contributione ad summum per sex annos. XI. §. 13.

Impediri possunt per Dominum terrestrem a conducendis fornicibus. VI. §. 7. Vide *Dominus terrestris.*

Extraterritorialia.

Ad beneficia extraterritorialia subditi nullam possunt facere praetensionem, nisi talia in urbario inserta, vel subditi, non reclamante Dominio, in usu eorum essent. VI. §. 9.

Extraterritoriales sylvae. Vide *Glandinatio. Lignatio.*

Extravillana.

Vide ***Agri. Prata. Exstirpaturae. Intravillana.***

F.

Faeces Vini.

Vide **Crematum.**

Falcastrum.

Quantitas falcastri est in maxima parte Regni aequalis uni jugero, ergo 1100, 1200, 1300 □ Org. juxta qualitatem glebae. Art. V. introitus.

Et ita etiam compensanda. V. §. 2.

Sed in Comitatibus Szerém et Verőcze 1000 □ Org. in Posegano 1296 □ Org. V. introitus.

Vide **Prata.**

Vide etiam **Constitutivum sessionale.**

Famulitium.

Vide **Servitores.**

Favores

his legibus subditis concessi.

Vide **Subditus.**

Ferae.

Ferarum exstirpatió. Vide *Venatio*.

Ferrei ductus.

Vide *Expropriatio*.

Filatura.

Ubi canabes et linum in terris urbarialibus non coluntur, exigi nequit. VII. §. 2.

In Comitatibus Temes, Torontal, Krassó, Posega, Verőcze, Szerém locum non habet. VII. §. 2.

Vide *Canabes*.

Fiscalis magistratualis.

***I. Actor est contra Dominum terrestrem,* subditum migrare volentem, detinentem, aut sine passualibus recipientem. IV. §. 4.**

Excessivos labores exigentem. VII. §. 11.

Subditis suis studio, et iterato damna inferentem. X. §. 5 sub 4.

Subditos indebite et ultra mensuram punientem, et ob saevitiem. X. §. 5 sub 4.

Impopulationem desertarum sessionum impedientem. XI. §. 9.

Contributione a desertis sessionibus restantem. XI. §. 14.

Contra eundem ad indemnisandos orphanos subditorum. IX. §. 6.

II. Actor est *contra subditos* et servitores tam nobiles quam ignobiles, crimen patrantes. X. §. 5 sub 4.

Contra nobiles tenuta colonicalia usuantes, ad solvendas contributionis restantias. XI. §. 14.

III. *Assistit* licitationibus sessionum. IV. §. 13.

Rescissioni cambiorum vel subdivisionum sessionalium Constitutivorum in futurum sine consensu Dominii attentandarum. V. §. 4.

Confectioni Contractuum urbarialium. VIII. §. 6.

Ignobilibus jurisdictioni dominali non subjacentibus, si hi opera ejus uti velint. XIII.

Subditis dominalibus in sede dominali si hi assistentia ejus uti velint. X.

Concurrit ad conventiones subditorum cum Dominio de exstirpaturis ineundis. VI. §. 1.

Item ad recipiendas intra triennium sine consensu Dominii factas exstirpaturas. VI. §. 1.

Item ad processus regulatorios. Vide *Regulatio.*

Item in casibus expropriationum tenutorum urbarialium. XXV. §. 6. Vide *Expropriatio.*

Sedibus dominalibus urbarialibus etiam in illo casu intersit, si subditi opera advocati alterius uti velint; ex obtutu conservandi contributionis fundi. X.

Interest vero sine voto. X.

Pro praeside aut convocato sedis dominalis urbarialis deligi nequit. X. introitus.

Vide *Juristitium.*

Fiscalis Dominalis.

Assistit jurisdictionatis dominalibus, si hi opera ejus uti volunt. XIII.

In sedibus dominalibus urbarialibus Notarium agere nequit. X.

Fori jus.

Sine privilegio subditis exercere non licet. VI. §. 8.

Fornices.

Fornicum jus dominale est. VI. §. 7.

Coloni et inquilini possunt in fundis suis fornices aperire, et in his, seu proprias merces vendere, seu fornices cuilibet — exceptis extraneis — excensuare. VI. §. 7. Vide *Dominus terrestris.*

Sed a fornicibus seu aperiendis seu excensuandis competunt Dominio taxae, nempe a fornicibus 1ae classis 20 fl. 2dae 15, 3ae 10 fl. Ibid.

Fornices 1ae classis sunt: in quibus panni subtilioris ac mediocris speciei, sericeae item et aliae nobiliores, e fabricis, depositoriis, e prima videlicet manu comparatae merces venduntur, et unde similes merces circumforaneis quaestoribus distrahuntur.

2dae Classis, seu inferioris sortis mercibus instructi, et extra viam commercialem siti, ubi minus frequens est distractionis occasio; quorum possessores nundinas frequentant.

3ae sunt fornices in pagis et vicis, quorum possessores nundinas quidem frequentant, ast sericeis aut aliis nobilioribus mercibus majori in quantitate quaestum haud exercent, et qui merces ab aliis provincialibus mercatoribus emere solent. VI. §. 7.

Ubi jus fornicis per ipsas Communitates actu exercetur, ibi etiam taxa solvenda est; sed si nullae, aut praeviis leviores obtinent, praevigens usus confirmatur. VI. §. 7.

Fructus sylvestres

exceptis nucibus, castaneis et aliis nobilioris speciei fructibus; in sylvis dominalibus colligere subditis licet. VI. §. 4.

Vide *Crematum.*

Fruges.

Vide *Crematum.*

G.

Gallae.

Gallas colligendi jus in sylvis dominalibus soli Domino terrestri competit. VI. §. 4.

Gallae clandestine collectae, praeter poenam 1 — 8 dierum arresti dictandam, confiscandae sunt. X. §. 5 sub 3. lit. c.

In sylvis Communitatis, aut singulorum colonorum, his libera est gallarum collectio. VI. §. 4.

Glandinatio.

Glandinationis jus in sylva dominali pendet ab irrestricta Dominii dispositione. VI. §. 4.

In sylvis Communitatis aut singulorum colonorum, his libera est. VI. §. 4.

Colonis in sylva dominali, in territorio loci sita, 6 X[ris] leviori pretio quam extraneis competit, sed saltem ad propriam necessitatem, non vero pro quaestu. VI. §. 4.

In Comitatibus Temes, Torontal, Krassó, Posega, Werőcze, Szerém competit glandinatio colonis etiam in extraterritorialibus sylvis ejusdem Domini. VI. §. 4.

Plura videantur sub *Krassó* et *Posega.*

Glandinatio clandestina in damnum Dominii exercita, punienda arresto 1—8 dierum, per Sedem dominalem, et a quolibet setigero, duplum census desumendum. X. §. 5 sub 3. lit. c.

In Comitatibus Posega, Verőcze, Szerém duplicata taxa. VI. §. 4.

Glandes furtim collectae confiscandae, damnum etiam resarciendum et poena 1—8 dierum arresti. X. §. 5 sub 3. lit. c.

Gömör Comitatus.

Habet 4 Classes agrorum. Uni sessioni debentur in 1ª Classe 24; in 2ª 26; in 3ª 28, in 4ª 32 jug.

In pratis ubi cordum falcatur semper 8; ubi raro 10; ubi nunquam 12 falcastra.

In Districtu *Kis Honthensi* agrorum 3 Classes, in 1ª 18; in 2ª 20, in 3ª 22 jug.

In pratis ubi cordum falcari potest 6; ubi non potest 8 falcastra. V. §. 1.

Graeci ritus Parochi.

Vide *Parochi.*

Gregorii S. Papae

dies destinata est migrationi subditorum. IV. §. 2.

Guerales Contractus.

Vide *Contractus.*

H.

Haedi.

Haedorum nona et decima abrogatur. VII. §. 4.

Hegyallya.

Quoad Hegyallyenses vineas lex futura disponet. VII. §. 3.

Herus.

Herus tenetur bonificare damna per servitores suos, pecoribus et pecudibus illata, cum regressu ad servitores. Vide *Servitores.*

Hevesiensis Comitatus

habet 4 classes agrorum. Competunt uni sessioni in 1ª classe 26; in 2ª 28; in 3ª 30; in 4ª 32 jug.

Ex pratis ubi cordum semper falcatur 8; ubi raro 10; ubi nunquam 12 falcastra.

Honthensis Comitatus.

Ibi 3 Classes agrorum. Ex 1ª competunt uni sessioni 18; in 2ª 20; in 3ª 22 jugera.

Ex pratis ubi cordum falcari potest 6; ubi non potest 8 falcastra.

Horti.

Ab hortis, cum consensu Dominii ex agris sessionalibus efformatis, nona aut in locum ejus decima; vel septima, aut octava citra 10ᵐᵃᵐ competit. VII. §. 2. Vide *Nona*.

Hortenses fructus, caules et alia producta, quae in Comitatibus Temes, Torontal, Krassó hucdum a decima exemta fuerunt, deinceps a nona etiam immunia sunt. VII. §. 2.

Hortensibus tenutis adnumerantur plagae vitibus implantatae, quae sub nomine promontorii venire non possunt. VI. §. 2. Vide *Promontorium*.

Hypotheca.

Sessiones inhypothecare sub poena nullitatis contractus, et amissionis summae prohibitum est. IV. §. 11.

I.

Jaurinensis Comitatus.

Ibi Classes agrorum tres. Sessioni uni competunt in 1ª 20; in 2ª 22; in 3ª 24 jug.

Ex pratis, ubi cordum semper falcatur 6; ubi raro 8, ubi nunquam 10 falcastra. V. §. 1.

Ignobiles.

Cunctis ignobilibus, seu dominali jurisdictioni subjaceant, seu non, liberum est, omnis generis praetensiones suas aut personales laesiones contra quosvis proprio actoratu vindicare. XIII.

Assistentia Fisci Magistratualis, aut, si jurisdictionati sint, Fiscalium dominalium, illis competit, si illa uti velint. XIII.

In causis criminalibus appellata ignobilibus conceditur:

a) dum pro complice nobili appellata interponitur;

b) dum actor Fiscus Magistratualis sententiam appellare obligatur;

c) dum officiales vi sententiae officiis privantur. XVII. §. 1.

Poenae corporalis executionis moderamen. Vide *Poena*.

Impopulatio.

Desertarum sessionum. Vide *Desertae*.

Impopulationales Contractus. Vide *Contractus*.

Industriales fundi

vocantur in Comitatibus Temes, Torontal, Krassó fundi extrasessionales, a quibus loco nonae, industrialis taxa 30 kr. a jugero solvitur. VII. §. 2.

Infirmitas.

In casu infirmitatis possunt subditi vina in minori etiam quantitate undecunque libere inferre. VI. §. 2.

Inquilini.

Inquilinorum sessionalia constitutiva in statu actuali relinquantur; et illa occasione suscipiendae Regulationis pro cynosura deservient. V. §. 8.

Pro futuro vero minima extensio fundi inquilinaris in 150 □ Org. defigitur. V. §. 8.

De fundis, quos inquilinus ultra obtinebit conveniat quoad obvenientes praestationes in praesentia legalis testimonii cum Domino, qui illum etiam in colonum evehere poterit. V. §. 8.

Inquilinis 8 competit pascui tantum, quantum uni sessioni. VI. §. 3.

Inquilinis competit gratuita lignatio. Vide *Lignatio.*

Inquilinis licet investitiones et meliorationes in fundis suis, una cum beneficio usufructuationis fundi, cuicunque vendere, excepto Domino terrestri, Compossessoribus et Communitatibus. IV. §. 6.

Et hoc quidem quandocunque, etiam extra casus migrationis. IV. §. 7. lit. b. Vide *Emtio.*

Inquilinis licet in fundis suis fornices aperire et quaestum exercere, seu vero fornices excensuare. Vide *Fornices.*

Inquilini domiciliati tenentur in Hungaria et Croatia 18 dierum laboribus Domino. VII. §. 5.

Sed in Comitatibus Posega, Verőcze, Szerém saltem 12 diebus. VII. §. 5.

Occasione ferventium etiam laborum ab inquilinis duplicatos labores exigere non licet. VII. §. 5.

In venatione parificantur 8 inquilini colono unius Sessionis. VII. §. 6.

Inquilinus singulus tenetur pro Dominio unam mediam Orgyam lignorum consecare. VII. 8.

Arundinatione vero utens, 20 manipulos arundinis desecare. VII. §. 8.

Inquilini, fundos curiales aut praedia incolentes conveniant de praestationibus cum Domino. VII. §. 12.

De migratione eorum. Vide *Migratio.*

De amotione eorum. Vide *Amotio.*

Inscriptionales.

Contractus. Vide *Contractus.*

Instrumentum Combinatorium.

Vide *Regulatio.*

Intravillanum.

Intravillanum unius integrae sessionis ubique aequivalet uni jugero. V. §. 1.

Excipiuntur Comitatus Posega, Szérém, Verőcze, Temes, Torontal, Krassó, ubi usus praevigens stabilitur. V. §. 1.

Inquilinare intravillanum. Vide *Inquilini.*

Intravillani supernatantia accensetur extravillanae competentiae, sed retinet naturam intravillani. V. §. 2.

Defectus intravillani compensandus ex extravillano, et indolem intravillani recipiet. V. §. 2. XII. §. 15.

Compensatio extravillano fundo facta, in casibus proportionum non ex communi, verum ex privativa Domini terrestris competentia supputanda. XII. §. 15.

Ex intravillano nona non competit. VII. §. 2. nec decima XXXIV.

Invalidatio Contractuum.

Vide ***Contractus.***

Inventarium.

Vide *Orphani.*

Investitiones.

Colonus et inquilinus investitiones suas in fundis vendere poterit. Vide *Emtio.*

Vide etiam *Exstirpaturae. Jura regalia. Molae.*

Itus et reditus.

Vide *Labores. Venatio.*

Judex nobilium.

Dat gratuito passuales colono migranti. IV. §. 2.

Assistit licitationi sessionum. IV. §. 13.

Casus desertarum sessionum, quas Dominus terrestris mox impopulare nequit, sub poena amissionis officii et onere refusionis Damni, ad propriam suam personam restricto, proximae Congregationi referre tenetur. IV. §. 14.

Manifestat subditis intentionem Domini labores subditorum alteri elocare volentis. VII. §. 5.

Districtualis Judex nobilium assidet in sede dominali urbariali qua etiam Cojudex. X.

In alio districtu nec praesidem nec convocatum in sede dominali urbariali agere potest. X.

Querelas urbariales investigat. Vide *Querelae.*

Cum Jurassore reponit subditum contra Dominum, in usum ademtorum tenutorum intra annum et diem, et Generali Congregationi relationem facit. X. §. 3.

Judicat causas damnorum per Dominum terrestrem subditis illatorum, si 60 fl. non excedant, et sententiam suam mox exequitur. X. §. 5 sub 3. lit. d.

Etiam damna per nobilem subditum seu Domino terrestri, seu consubditis illata si 60 fl. non excedant. X. §. 5 sub 3. lit. e.

Item damna per nobiles servitores illata. X. §. 5 sub 3. lit. f.

Sententias suas in his causis latas partibus gratuito extradat. X. §. 5 sub 5.

Cum Jurassore judicat Dominum terrestrem ob impeditam desertarum sessionum impopulationem Contributioni depurandae obnoxium. XI. §. 14.

Item de praetensionibus et debitis mutuis subditorum in processu verbali a 12 fl. usque

60 fl. si Dominus terrestris nec per se nec per hominem suum hoc praestaret. XX. §. 3.

Judicat nobilium querelas sub nundinis tam in oppidis Magistratu provisis, quam et in reliquis. XVIII. §. 17.

Sed ignobilium querelas judicat sub nundinis in Communitatibus Magistratu non provisis cum Domino terrestri. XVIII. §. 18.

Supplet compossessoratum, si hic in candidandis pro judice communitatis individuis intra triduum convenire non posset. IX. §. 1.

Supplet Dominum terrestrem, praeliminarium erogationum prospectum Communitatis intra mensem non revidentem. IX. §. 4.

Cum fine primi anni semestris conscribit Communitates, quarum Rationes praeteriti anni per Dominum terrestrem revisae nondum sunt, et proximae generali Congregationi refert. IX. §. 5.

Judici nobilium insinuandi casus orphanorum. Vide *Orphani.*

Vide *Testimonium legale.*

Judex Communitatis.

Quotannis est eligendus. Dominus, si hucusque in usu fuit, candidat tria individua, Communitas eligit; et quidem pro hactenus vigente usu, seu tota populatio, seu votorum saltem capaces, h. e. domos aut immobilia tenuta possidentes incolae. IX. §. 1.

Si compossessores in candidatione intra triduum convenire non possent, candidat Judex nobilium. IX. §. 1.

Judex ante evolutionem anni a munere suo nonnisi e gravibus rationibus amoveri potest. IX. §. 1.

Obligationes ejus circa orphanos incolarum. Vide *Orphani.*

Casus mortis deficientis ab intestato subditi illico Domino significet. IX. §. 9.

Judex Communitatis Magistratu non provisae judicat cum duobus primoribus causas verbales ad vires 12 fl. XX. §. 3.

Judex Communitatis Magistratu provisae judicat in verbali processu cum duobus Senatoribus aut Juratis ad vires 60 fl. XX. §. 4. Vide *Verbalis processus.*

Jugerum

urbariale constituit extensionem fundi, inseminandis duabus metretis posoniensibus sufficientem pro ratione qualitatis glebae 1100, 1200, 1300 □ Org. Art. V. introit.

In Comitatibus Temes, Torontal, Krassó 1600 □ Org. etiam in pascuis.

In Sirmiensi, Veröczensi in agris 2000, in pratis 1000 □ Org.

In Posegano 1296 □ Org. in agris et pratis. Ibid.

Jugerum Pascuorum in 1200 □ Org. defigitur. VI. §. 3.

Juramentum.

Juramento judicum obstringendi sunt Convocati in Sede dominali, si eo nondum obstricti fuerunt. X.

Jura regalia.

Jus regale qualecunque ex concessione Domini a colono exercitum, potest Dominus terrestris via urbariali per abaestimationem et investitionum refusionem recipere. VI. §. 8.

Si privilegia aut contractus adsunt continentiis horum standum erit. VI. §. 8.

Si jura regalia quaecunque subditi proprio jure se possidere praetendunt, et usus praetensioni suffragatur, poterunt via juris sufferri. VI. §. 8.

Jura regalia objectum perennalis contractus urbarialis esse nequeunt; et contractus tales actione successorum Domini terrestris, quoad haec rescindi possunt. VIII. §. 2.

Sed temporaneis Contractibus regalia etiam subditis cedi possunt. VIII. §. 5.

Jus macelli, venationis, piscationis, aucupii, nundinarum, fori, fornicum, telonii, nauli. Vide haec omnia.

Jurassor

districtualis assidet in sede dominali urbariali qua etiam Cojudex. X.

In altero districtu vero nec praesidem nec convocatum in sede dominali urbariali agere potest. X.

Assistit repositioni subditorum contra Dominum terrestrem. X. §. 3. ']

Plura vide: *Judex nobilium. Testimonium legale.*

Jurati Communitatum.

Hos eligit, citra influxum aut confirmationem Dominii, Communitas ipsa, praevigente more. IX. §. 1.

Ante evolutionem anni nonnisi e gravibus rationibus amoveri possunt. IX. §. 1.

Sunt cojudices causarum verbalium in communitatibus Magistratu non provisis. XX. §. 3.

Assistunt executioni contra refractarios subditos authoritate dominali suscipiendae. X. §. 3.

Juristitium.

Causae Fisci Magistratualis coram foro Judicis Nobilium et Jurassoris contra nobiles tenuta colonicalia, et contra Dominos terrestres, desertas sessiones usuantes, ad depurationem Contributionis etiam in juristitio locum habent. XI. §. 14.

Jus montanum.

Est certa et determinata quantitas musti aut vini, pacto vel usu, absque respectu ad procreationem, extensioni vinearum commensurata.

Ubi in usu erat, competit Domino a vineis. VII. §. 3.

Et non potest augeri sub poena violentiae, nisi extensio fundorum culturae aucta fuisset. 97. 1715. VII. §. 3.

Ex uvis passis et essentia non competit. VII. §. 3.

Desumendum est in mensura posoniensi 31. 1655. VII. §. 3.

Et quidem intra tempus per Comitatus defigendum sub poena amissionis. Art. 7. 1802. 95. 1647. VII. §. 3.

Devectio restringitur ad ambitum territorii, nisi contractus aliud continerent. VII. §. 3.

Si nullum vinum procrearetur, jus montanum ex sequentis anni procreatione compensandum est. VII. §. 3.

Quoad subvineta praevigens usus stabilitur. VII. §. 3.

In Comitatibus Posega, Veröcze, Szerém a singula urna Musti in extrasessionali vinea producti competit una pinta, seu 2 mediae poson. VII. §. 3.

Jus praeemtionis et prioritatis **dominalis abrogatur. VII. §. 11.**

K.

Krassó Comitatus.

In hoc Comitatu, prout et in Temes, et Torontal, quadruplices sessiones obtinent, nempe integra, media quartalis et octavalis, ac ideo, non subversante aliqua classe, habent coloni integrae sessionis ex terris arabilibus 24; e pratis 6; e communi pascuo 3; e fundo intravillano 1 jugerum, simul 34 jugera.

Mediae sessionis ex agris 12; e pratis 4; e pascuo 2; e fundo intravillano 1; simul 19 jugera.

Quartae sessionis ex agris 6; pratis 3; pascua 1; fundo intravill. 1, simul 11 jugera.

Octavalistae pro ratione adjunctorum sive ex agris sive ex pratis 5; e pascuo 1, e fundo intravillano 1, simul 7 jugera. In nonnullis locis etiam 8 jug. V. §. 1.

Unum jugerum facit 1600 □ Org. etiam in pascuis. V. §. 1.

Intravillani fundi extensio relinquitur juxta praehabitum usum. V. §. 1.

Quantitas constitutivi relate ad medias, quartas et octavas sessiones manet sicut hucusque. V. §. 6.

Comitatus hic excipitur a defixo maximo possessorii sessionum. IV. §. 10. lit. e.

Cambia fundorum cum consensu Dominii licita sunt. V. §. 7.

Pascui modernus usus non modo relate ad urbariales et beneficiales; verum etiam ad industriales fundos stabilitur. VI. §. 3.

Glandinatio competit subditis etiam in extraterritorialibus sylvis, si in terreno Communitatis sylva glandifera non adest, pro trimestri erga taxam 6 et 3 xfr. a frusto. VI. §. 4.

Si vero propter susceptos per Dominium peregrinos sabellicos, glandes ante trimestre defecerint, emergens inde Damnum subditis Dominus resarciendum habebit. VI. §. 4.

Communitatibus, quibus scopo exercendae arundinationis, piscatio etiam concessa est, porro etiam libera manet. VI. §. 8.

Ab industrialibus fundis loco nonae post singulum jugerum taxa industrialis. 30 xfr. VII. §. 2.

Hortenses fructus, caules et alia producta a decima porro etiam exemta sunt. VII. §. 2.

Filatura locum non habet. VII. §. 2.

Nec venatio. VII. §. 6.

Nec duae bijugae loco longae vecturae. VII. §. 7.

Nec sectio et convectio lignorum urbarialium. VII. §. 8.

***Laborum* annue dominio praestandorum competentia sequens est, in Krassó, Temes, Torontal. VII. §. 5.**

Plura generalia vide sub *Labores*.

Colonus	Classificatio.	Competentia.	In natura praestandae	Reluibiles aere parato.	Efficiunt.	
		Dies manuales robotales.			fl.	kr.
Integrae Sessionis	in Classe 1.	104	45½	58½	9	45
	2.	78	35½	42½	7	5
	3.	62½	29½	33	5	30
Mediae Sessionis	in Classe 1.	58	27	31	5	10
	2.	43½	21	22	3	45
	3.	35	17	18	3	—
Quadrantalis Sessionis	in Classe 1.	34	18	16	2	40
	2.	25½	14	11½	1	55
	3.	20½	11½	9	1	30
Octavalis Sessionis	in Classe 1.	21½	21½	—	—	—
	2.	16	16	—	—	—
	3.	13	13	—	—	—
Inquilinus domiciliatus	—	8	8	—	—	—
Subinquilinus	—	6	—	6	1	—

L.

Labores.

Integrae sessionis colonus in Hungaria et Croatia tenetur singula hebdomada unam, adeoque per annum 52 bijugas, vel, Domino sic volente, loco unius jugalis duas manuales operas praestare. A majori vel minori constitutivo proportionatum numerum VII. §. 5.

Inquilinus domiciliatus 18; subinquilinus 12 dies. Ibid.

Excipiuntur Comitatus Posega, Veröcze, Szerém, Temes, Torontal. Vide *Krassó, Posega.*

Omnes jugales labores, ut dictum, bijugis praestandi, excepta aratura, in qua usus (quadrijugos exigendi) praevigens stabilitur. VII. §. 5.

Operae laboratoribus et instrumentis et pecoribus idoneis peragendae. VII. §. 5.

Si Dominus operas alteri elocare vellet, subditorum optioni relictum est, num eas praestare, vel vero 20 aut 10 xfr. reluere malint. VII. §. 5.

In casu tali Dominus intentionem suam 30 diebus praevie subditis medio Judlium significare; subditi vero se declarare tenentur. VII. §. 5.

Hoc beneficio optionis etiam singillativi subditi uti possunt. VII. §. 5.

Tempus quietis, pabulationis, adaquationis consuetudini locorum conformiter relinquitur. VII. §. 5.

Longa vectura abrogatur, et loco ejus a singula sessione 2 bijugae operae, et sic a proportione a minoribus constitutivis — excepta aratura — ad oeconomicos labores praestandae. Exceptis Comitatibus Temes, Torontal, Krassó, Posega, Veröcze, Szerém, ubi longa vectura nec hucdum viguit. VII. §. 7.

Labores in terreno loci a solis ortu ad occasum praestandi. Cui tempori tamen itus et reditus, item pabulationis et adaquationis tempus imputandum. VII. §. 5.

E distincto, una vel ad summum 1½ hora distante loco citati subditi, in Novembri, Decembri, Januario, Februario, cum ortu solis in loco destinati laboris comparere tenentur; reliquis mensibus cum ortu solis domo movere poterunt. In Comitatibus Temes, Torontal,

Krassó, absque differentia distantiae et anni temporis itus et reditus imputatur. VII. §. 5.

Ex majori (ultra 1½ horae) distantia accersitis subditis itus et reditus in laborem imputandus. VII. §. 5.

Pluvia, vel alio impedimento, abrupto labore, tantum in laborem insumta pars diei cum itu et reditu imputanda. VII. §. 5.

Si vero nullus labor peractus est, solus itus et reditus acceptandus. VII. §. 5.

Quaestiones de adaquationis, pabulationis, tempore; item de imputando itu et reditu Comitatus dirimet. VII. §. 5. Salva parti non contentae via urbariali. Ibid.

Distantiae locorum auctoritate publica defigendae. VII. §. 5. Hic etiam pars non contenta viam urbarialem ingredi potest. Ibid.

Laborum adminus una quarta in hyemalibus sex mensibus exigenda. VII. §. 5.

Occasione ferventium laborum, excepta aratura, potest Dominus qualibet septimana duplicatos labores a colonis exigere, non item ab inquilinis. VII. §. 5.

Sed in Comitatibus Temes, Torontal, Krassó subsequa septimana tota libera esse debet. VII. §. 5.

E remotiore loco vocatus colonus continuis 4 diebus, una cum itu et reditu, in labore detineri potest, praevio idcirco praemenendus; sed labores tales in uno mense tantum semel, et occasione ferventium laborum bis in mense desiderari possunt; ita, ut una septimana semper libera, altera labori impendenda sit. Quo in casu Dominus pecora pascuo aut in hyeme pabulo et necessaria commoditate providebit. VII. §. 5.

Jumenta colonorum in labore ad augendum effectum, partiri non licet. VII. §. 5.

Nec aversionales labores exigere. VII. §. 5.

Si subditus ad laborem non comparet, Dominus conducat alium laboratorem ad expensas morosi, qui praeterea etiam neglectum laborem supplere tenetur. VII. §. 5.

Post iteratam renitentiam amovendus est. VII. §. 5. Vide *Amotio.*

In venationem. Vide. *Venatio.*

Artistae, opifices, quaestores, mercatores possunt labores redimere juxta conventionem cum Domino. VII. §. 6.

Supererogationes laborum sunt prohibitae. Si Dominus ultra competentiam indiget, conveniat cum subditis. VII. §. 11.

Computus de laboribus ordinarie peragantur. VII. §. 11.

Restantes ad obtingentiam annuam labores, annuente aut dissimulante Domino neglecti, sequente anno exigi nequeunt. VII. §. 5.

Ob excessivam laborum exactionem, et reiterationem coactionis poena. Vide *Dominus terrestris* pag. 53.

De laboribus perennales etiam urbariales Contractus iniri possunt. VIII. §. 2. Vide *Contractus.*

Segniter, vel plane cum damno labores perficiens, et frustra monitus subditus, seu ignobilis seu nobilis, punitur non imputatione laboris illius, et praeterea ad duplicem laborem stringendus est, cujus simplum obtingentiae imputandum. X. §. 5 sub 1. Vide *Subditus.*

Jugales et manuales occasione dimensionum terrenorum quando a subditis praestandi. Vide *Regulatio.*

Occasione metalium processuum. Vide *Metae.*

Vide *Ligna urbarialia.*

Licitatio.

Sessiones possunt publicae licitationi exponi et ad rationem debitorum assignari. IV. §. 10. lit. b. et §. 13. —XV. §. 16. Quin tamen dismembrentur. XV. §. 17.

Tales sessiones relui amplius non possunt. XV. §. 16.

Ligna urbarialia orgyalia.

Ex sylvis dominalibus, non tamen ultra duo milliaria a loco habitationis coloni sitis, tenetur singulus, beneficio lignationis gaudens colonus integrae sessionis, unam orgyam lignorum intra ambitum Dominii, sed non ultra duo milliaria a loco desectionis, ad locum deonerationis convehere, et in orgyas collocare. VII. §. 8.

Coloni minorum constitutivorum vehant a proportione. VII. §. 8.

Inquilinus omnis dimidiam orgyam consecare tenetur. VII. §. 8.

In Comitatibus Temes, Torontal, Krassó subditi ab hoc labore exemti sunt. VII. §. 8.

In Comitatibus Posega, Verőcze, Szerém, obligatio haec restringitur ad sylvas territoriales; et jumentis non provisi sectione, provisi convectione tenentur. VII. §. 8.

Lignatio.

Focalis gratuita competit subditis et servis Communitatum ex sylva dominali in terreno loci stante, ubi beneficium hoc in urbario, vel per subsequas regulationes, aut praevigente usu illis addictum habetur. VI. §. 4.

Querelae idcirco enatae, cum interventu Deputationis Comitatensis libera conventione; secus urbariali via superandae, subditis in praevigente usu tisque decisionem relictis. VI. §. 4.

Aedilis, in locis, in quorum territorio sylva dominalis, salvo sylvanali ordine etiam pro distractione sufficiens adest, et ubi subditi lignatione hac etiam hucusque utebantur, peraeque gratuito illis competit, sed saltem ad tecta domus et stabuli colonorum et inquilinorum, eadem in quantitate sicut hucdum, et non in majori. VI. §. 4.

*

Sed scandulae et asseres hic non subintelliguntur. Ibid.

In extraterritorialibus sylvis competit lignatio subditis ibi saltem, ubi ea sive in urbario sive per subsequas regulationes, sive praevigente usu addicta est. VI. §. 4.

Ad artefacta, ad ollas crematorias, aut plane pro quaestu, ligna dare subditis Dominus non obligatur. VI. §. 4.

Competentia lignationis Parochorum, Ministrorum, Ludimagistrorum Vide *Parochi. Ministri. Ludimagistri.*

Vide plura sub *Sylvae.*

Lignationis beneficio utentes tenentur ligna Dominio convehere. Vide *Ligna urbarialia.*

Confer: *Abaestimatio.*

Linum.

Vide *Canabes.*

Liptó Comitatus.

Habet 3 classes in agris. Uni sessioni competunt in 1ª classe 18; in 2ª 20; in 3ª 24 jugera.

Pratorum ubi cordum falcari potest 6, ubi non potest 8 falcastra.

Locorum distantiae

per Comitatum defigendae VII. §. 5.

Longa vectura.

Vide *Vectura.*

Ludimagistris

omnium confessionum competit pascuum dimidiae sessionis. Sed si plus possident, pascuum congruum assignandum. VI. §. 3.

Lignatio gratuita, ubi hucusque obtinuit. VI. §. 4.

M.

Macellum.

Macelli jus dominale est. VI. §. 6.

Sed si Dominus incolas sufficientibus carnibus non provideret, praemissa insinuatione emacillatio etiam subditis licita est. VI. §. 6.

Emacillatio pecorum sanorum, casu quopiam inhabilium redditorum, subditis licita est seu per se, seu per laniones. VI. §. 6.

Marmaros Comitatus.

Ibi agrorum classes 4. Uni sessioni competunt in 1ª classe 22; in 2ª 24; in 3ª 26; in 4ª 30 jugera.

Ex pratis si cordum semper falcatur 8; si raro 10; si nunquam 12 falcastra. V. §. 1.

Maximum

possessionis sessionum. Vide *Sessio.*

Pascui. Vide *Pascuum.*

In processu verbali. Vide *Verbalis processus.*

Meliorationes

sessionis subditus vendere potest. Vide *Emtio.*

Meliorationum bonificatio occasione Regulationis. Vide *Regulatio.*

Mercatores

tenutis non dotati, reluunt labores. Vide *Reluitio.*

Metales processus.

Si in his Dominus terrestris incattus est, subditi operis manualibus et currulibus ad dimensiones concurrere tenentur; non item si Dominus actor est. X. §. 8.

Migratio

Colonorum libera (jam 1405. 1458. 1547. 1550. 1566 admissa) novitus (1791 art. 35) confirmata est. IV.

Migrationis tempus est festum S. Gregorii Papae (12. Martii); sed migrare volens, tenetur intentionem suam coram primoribus loci Dominio ante 1. Sept. insinuare. IV. §. 2.

Omnia onera et debita sua complanare. Vide *Debita.*

Dominus tenetur ei dimissionales gratis dare et Vicecomes aut Judlium passuales. IV. §. 2.

Si Dominus impediret. Vide *Dominus.* pag. 52.

Coloni, et inquilini proles, ac subinquilinus, dimissionalibus non indigent. IV. §. 15. Vide *Proles.*

Numerosior migratio, aut plane omnium loci incolarum, per Dominum terrestrem Comitatui detegenda est, qui in causam inquiret, et hanc sufferre contendet; si non successerit, Consilio R. L. insinuabit. IV. §. 5.

Si vidua orphanorum mater emigraverit. Vide *Orphani.*

Militum

Alimentatione, qui nobiles subditi teneantur qui non. Vide *Nobilis.*

Militum condescensione. Vide *Ibid.*

Ministri Evangelicorum.

Evangelicorum V. D. Ministris (utriusque confessionis) competit pascuum unius integrae sessionis; seu gaudeant filialibus seu non. VI. §. 3.

Sed si quis illorum una sessione amplius possidet, pascuum a proportione admensurandum est. VI. §. 3.

Competit etiam gratuita lignatio, ubi hucusque obtinuit. VI. §. 4.

Molae.

Molas ex concessione Dominii per subditos possessas, potest Dominus via urbariali erga refusionem investitionum recipere. VI. §. 8.

Taxae molares in Comitatibus Posega, Veröcze, Szerém: a mola cochlearia 1 fl. ab aliis ordinariis fluvialibus 2 fl. a danubialibus et dravanis 8 fl. quotannis solvendi. Taxae hae elevari nequeunt. VI. §. 8.

Monopolia dominalia

praeter his in legibus expressa omnia abrogantur. VII. §. 11. Vide *Jura regalia.*

Montanistae.

Vide *Promontorialistae.*

Mosoniensis Comitatus.

In agris classes 4. Uni sessioni competunt ex 1ª classe 20; 2ª 22; 3ª 24; 4ª 26 jug.

Prata ubi cordum semper falcatur 6; ubi raro 8; ubi nunquam 10 falcastra. V. §. 1.

Motiva Sententiarum.

Vide *Sententiae.*

Mulctae.

Vide *Poenae.*

N.

Naulum.

Jus nauli subditis sine privilegio exercere non licet. VI. §. 8.

Neográd Comitatus.

In agris 4 classes. Uni sessioni competunt in 1a classe 20; in 2a 22; in 3a 24; in 4a 26 jug.

Ex pratis ubi cordum semper falcatur 6; ubi raro 8; ubi nunquam 10 falcastra.

Nitriensis Comitatus.

Classes agrorum 5. Competunt sessioni in 1a 16; in 2a 18; in 3a 20; in 4a 22; in 5a 24 jugera.

Ex pratis ubi cordum falcari potest 6; ubi non potest 8 falcastra.

Nobiles.

Nobilium Curiae. Vide *Curiae*.

Nobiles possunt colonicales sessiones emere, sed tenentur ab illis onera publica et dominalia ferre. IV. §. 6. XI. introitus.

Et quidem etiam in locis privilegiatis, aut contractualibus tenentur contributione ad utramque cassam ab usufructuatione tenutorum, item intravillanorum, pascui, lignatione focali, aedili, quaesturali, arundinationis. XI. §§. 1. 2. 3. 4. 5.

Non tenentur vero contributione a superaedificatis. XI. §. 2.

Neque ad rationem collectaculorum militarium. XI. §. 5.

Relate ad alimentationem militum, sessiones jam actu possidentes, maneant in moderno usu. XI. §. 7.

Sed qui a modo in posterum sessiones ement, tenentur alimentatione etiam militis, sicut ignobiles. XI. §. 7.

A condescensione militum tam sessiones usuantes, quam et posthac emturi immunes sunt. XI. §. 7.

Praeter adducta, ab aliis omnibus oneribus, plebem ferientibus immunes sunt. XI. §. 8.

Nobilis subditus jussis Domini, aut hujus hominis pertinaciter obsistens, aut hos contumelia et personali injuria afficiens, commensurata poena per Sedriam afficiendus est. X. §. 5 sub 2.

Seu Domino terrestri, seu consubditis, cujuscunque speciei damna inferens, judicatur infra 60 fl. per Judlium, supra per Sedriam. Et in casu doli aut gravis culpae in duplo convincendus est, et quidem summarie. Si satisfacere nequiret, Sedria dictabit poenam delicto commensuratam. X. §. 5 sub 3. lit. d. e. et g.

Nobiles servitores. Vide *Servitores.*

Nona.

Ex omnibus terrae nascentiis in natura competit Domino terrestri; sed ubi aequivalens obtinuit, maneat porro; et ubi immunitas viguit, vigeat porro etiam. VII. §. 2.

Ubi 7ª vel 8ᵛᵃ citra decimam in usu fuit porro quoque maneat. VII. §. 2.

Sed in vicem 7ᵃᵉ vel 8ᵛᵃᵉ cum decima, nona substituenda est; quoad fundos duntaxat constitutivi. VII. §. 2.

Competit ab agris, cum consensu Dominii in hortos aut vineas transformatis, habito inseminandae speciei, ac ordinariae procreationis, pro re nata per Magistratum Comitatus parificandae, respectu; et si illico praestari nequiret, anno sequente compensanda est. VII. §. 2.

Competit etiam ex pratis, in vicem agrorum datis, etiamsi non subarentur. VII. §. 2.

Competit ex vino ordinario, et quidem seu in natura, seu in jure montano. VII. §. 3. Vide *Jus montanum*.

Non competit ex intravillano et a pratis sessionalibus. VII. §. 2.

Nec ex agris in vicem pratorum assignatis; neque a pascuo jam segregato et individualiter subdiviso, ac per colonos inseminato. VII. §. 2.

Nec ex secunda procreatione ejusdem anni. VII. §. 2.

Nec ex vervacto. VII. §. 2.

Nec ex uvis passis et essentia. VII. §. 3.

Ex apibus, agnis, haedis sublata est. VII. §. 4.

Nona, sub nomine decimae usitata, conformanda est principiis quoad desumptionem nonae stabilitis. VII. §. 2.

Ceterum ubivis, nisi conventio adesset praevigens usus observandus. VII. §. 2.

Ita in Comitatibus Temes, Torontal, Krassó a singulo jugero industrialium, seu extrasessionalium fundorum taxa 30 xr. solvitur; et fru-

ctus hortenses caules et alia producta, quae hucdum a decima exemta erant, porro manebunt. VII. §. 2.

Reluitio nonae ope liberae conventionis in singulos aut plures annos, habet locum. Et quidem potest pactari seu in grano puro, seu in grano et stramine, vel alia quacunque ratione; excepta sola, terrarum, partem constitutivi sessionalis efficientium excisione in natura. VII. §. 2.

Comitatibus incumbit conventiones tales promovere. Ibid.

Debet, terminata seu in toto terreno, seu in certa hujus plaga, messe, post insinuationem per primores loci Dominio factam, intra triduum (festis exclusis) a dato insinuationis desumi; quam subditi intra territorium gratuito convehere tenentur. Ibid.

Si intra triduum desumta non fuerit, tunc subditi — relicta competente quotta, — pro creationem suam abvehere possunt, et relictam in campo nonam gratis devehere non obligantur. Nec Domino ulterior investigatio et praetensio licita est. VII. §. 2.

Ex vino desumi debet intra tempus per Comitatum defigendum, sub poena amissionis

1802. 7. VII. §. 3. Salvis praevigentibus Contractibus. Ibid.

Ex uvis passis et essentia non competit. Ibidem.

Subditi non possunt stringi, ut totam procreationem vini ad domum nonariam devehant; nonatores oportet ad faciem vinearum exmittere et ibi nonam aut jus montanum designare 1807. 3. VII. §. 3.

Vinicolae tenentur nonam intra ambitum territorii loci devehere. VII. §. 3.

Sed quoad nonationem et devectionem observandi sunt nefors praeexistentes contractus. VII. §. 3.

Dolosa occultatio nonae, vel loco ejus obvenientis quottae, si 60 fl. non excedit, auctoritate dominali exequenda; si 60 fl. excedit, per sedem dominalem judicanda, quae etiam 1—8 dierum arrestum dictare potest. X. §. 5 sub 3. lit. b.

Nona Canabum et Lini. Vide *Canabes.*

Notarii.

Notarii Comitatus non possunt ad sedes dominales urbariales in praesides aut convocatos deligi. X.

Notarium *sedis dominalis* urbarialis denominat Dominus terrestris. Votum non habet. X.

Officiales dominales Notarios in sedibus urbarialibus agere non possunt. X.

Notarii Communitatum eliguntur libere per Communitates, erga Domini terrestris confirmationem, in quantum in tali usu fuit. IX. §. 1.

Pro demeritis, aut alia necessitate poscente, etiam ante evolutionem contractualis temporis cum praescitu Dominii amoveri possunt. IX. §. 1.

Notariis locorum competit pascuum dimidiae sessionis. Sed si plus possident, pascuum etiam congruum sit. VI. §. 3.

Lignatio videtur illis ex sylvis dominalibus non competere, cum in VI. §. 4 mentio Notariorum non fiat licet §. 3° facta sit.

Obligatio circa Orphanos incolarum. Vide *Orphani*.

Nuces

in sylvis dominalibus colligere subditis vetitum est. VI. §. 4.

Nundinae.

Nundinarum jus sine privilegio subditis exercere non licet. VI. §. 8.

Nundinalia judicia

Introducuntur. XVIII.

In oppidis Magistratu provisis, occasione nundinarum emergentes casus summarie judicantur, norma pro liberis reg. Civitatibus praescripta, nempe per Praesidem et 4 Senatores cum Actuario. Sed saltem causae contra ignobiles. XVIII. §. 17.

Contra nobiles judex est Judlium cum Jurassore. Ibid.

In Communitatibus ordinato Magistratu carentibus, judicat causas ignobilium Dominus terrestris, cum Judlium et Jurassore. Intermittente vero Domino, Comitatus idcirco providebit. XVIII. §. 18.

Relate ad nobiles, judicatus Judlium cum Jurassore habet locum. XVIII. §. 18.

Procedura ubique est verbalis. XVIII. §. 9 et 11.

Appellata a judicio nundinali non competit. XVIII. §. 19.

Protocolla judiciorum horum, et quidem Judlium ad Comitatus; Domini terrestris ad ejus Archivum; oppidorum ad eorum Archiva reponenda; et partibus etiam in paribus fidedignis extradanda. XVIII. §. 20.

Nuptiae.

Nuptiarum in casu licet subditis vinum qualecunque etiam in minori quantitate inducere. VI. §. 2.

O.

Octava.

Vide *Nona.*

Officiales dominales.

Officialibus dominalibus pascuum in segregato pascuo Communitatis non competit, sed dotentur a Domino. VI. §. 3.

Tenentur refusione damni orphanis subditorum, culpa sua causati, et si non sufficiunt refundendo, Dominus solvit. IX. §. 6.

Officiales dominales in sedibus urbarialibus nec judices nec notarios agere possunt. X.

Ignobiles, Officiis per sententiam privati, gaudent appellata. XVII. §. 1.

Opifices

tenutis non dotati, reluunt labores. V. *Reluitio.*

Optio.

Domini est, num jugales vel manuales labores a subditis habere velit. VII. §. 5.

Num ipse illis utatur, vel eos elocet. VII. §. 5.

Colonorum est elocatas operas praestare, vel reluere. VII. §. 5.

Filaturae nonam ex canabibus in natura substituere. VII. §. 2.

Assistentia Fisci Magistratualis, vel vero privati Advocati uti. X.

Ordo sylvanalis.

Vide *Sylvae.*

Orgyae.

Vide *Jugerum.*

Orphani subditorum.

Mortuo alterutro parente, Judex cum duobus juratis et Notario relictam substantiam sub evidentiam sument. IX. §. 6.

Mortuo utroque parente de securitate etiam substantiae providebunt; Domino terrestri et

Judici Nobilium insinuabunt, et in concursu Dominii inventarium conficient; cujus exemplar semper etiam penes communitatem manere debebit. IX. §. 6.

Dominus, in defectu naturalis aut testamentarii Tutoris, audita communitate — si nemo idoneus gratuito operam praestare vellet, — erga moderatam mercedem Tutorem constituet; et ut tam orphanorum quam et substantiae debita cura geratur, invigilabit. IX. §. 6.

Taxae aut diurna nec pro invigilatione, nec occasione inventationis locum habent. IX. §. 6.

Damnum, seu occasione primitivae eliquationis, seu decursu administrationis emergens, orphano resarcire tenentur primores loci, Officiales dominales, ac Tutores, in quantum culpa illorum emersit. IX. §. 6.

Si per hos refundi non posset, resarcitione tenetur Dominus terrestris inspectionem negligens, eo magis si damnum unice ejus culpa emersit. IX. §. 6.

Quaestiones idcirco enatas judicat Sedria Comitatus, actore Fisco Magistratuali. IX. §. 6.

Tutores tenentur annue Rationes Dominio exhibere. IX. §. 6.

Si vidua, minorennium prolium mater, alio migraverit, substantiae orphanorum paternae superinspectio ad Dominum terrestrem porro spectat; sed praeexistens, aut occasione tali conficiendum Inventarium Domino aut Magistratui, ad cujus jurisdictionem vidua se recipit, communicandum est. IX. §. 7.

Orphani, sub tutela constituti, sine consensu Tutoris de substantia sua disponere nequeunt. IX. §. 8.

Curatelae tractandae sunt juxta eadem quae de Tutela disposita sunt. IX. §. 8.

Ova.

Ovorum praestatio suffertur. VII. §. 4.

P.

Pabulationis tempus

in labore dominali. Vide *Labores*.

Parochis

Catholicis utriusque ritus, et Graecis non unitis, competit pascuum unius integrae sessionis; sed si amplius possident, pascuum a proportione etiam amplius. VI. §. 3.

Competit etiam lignatio gratuita, ubi hucusque etiam obtinuit. VI. §. 4.

Pascuum.

Competentia pascui pro una sessione minima in 4; maxima in 22 jugeribus a 1200 □ Orgyis et sic a proportione pro minoribus Constitutivis defigitur; via urbariali pro ratione adjunctorum determinanda. VI. §. 3.

Sed ubi ampla pascua dantur, plus etiam assignari poterit. VI. §. 3.

Reliquum manebit exclusive pro Domino. Ibidem.

Inquilini octo obtineant competentiam unius sessionis. Ibid.

Competentiam Parochorum, Ministrorum, Ludimagistrorum, Notariorum Communitatum, Officialium dominalium. Vide sub *Parochi, Ministri, Ludimagistri, Notarii, Officiales.*

In Comitatibus Temes, Torontal, Krassó quoad omnis generis fundos modernus usus stabilitur. VI. §. 3. Ibi jugerum pascuorum sunt 1600 □ Org. V. introitus.

Pascuum subditis sufficiens competit, si locorum adjuncta admittunt. VI. §. 3.

Defectus pascui, relate ad unum aliumve colonum, adjustatione saltem tabellae urbarialis sarciendus, neque propterea totius terreni regulatio necessaria est. X. §. 9.

Pascua possunt, non obstantibus emtionibus venditionibus fundorum, segregari, aut ad legalem competentiam restringi. IV. §. 8. lit. c.

Pascuum urbariale a dominali, ubicunque id ratio situs admittit, segregandum est; si Dominus terrestris, aut unus compossessorum, aut major pars colonorum desiderat. VI. §. 3.

Segregatio fiat in concursu exmittendae per Comitatum Deputationis, libera, per Sedriam revidenda, conventione, et si haec non successerit, via urbariali. VI. §. 3.

Pascuo assignari debent plagae ad id idoneae. Ibid.

Segregatio non tantum ad subdividendum cespitem, verum etiam ad alios fundos ita extendenda, ut in foenilibus, vervactis, stipuletis et aliis fundis dominalibus soli Domino; — in urbarialibus solis colonis, et quidem; si fieri potest, et si desiderabunt, singillative colonis pascua exscindantur, ita, ut quivis omnia tenuta sua una cum pascuo in uno corpore obtineat. Ubi hoc fieri nequit, exscindatur adminus per diverticula. VI. §. 3.

Dominus terrestris, pascuo, nec ob non usum, nec ob exiguitatem pascui privari potest. VI. §. 3.

Excipe: 1) si pascuo jam prius renunciavit;

2) si in aliquo terreno, nullo, seu extra- seu intravillano allodiali fundo gaudet, et pascuo etiam hucusque usus non est; praesertim si pascuum alioquin vix subditis sufficit. VI. §. 3.

In casibus exigui pascui, tam subditis exassignanda quantitas, quam et Domino terrestri remansura pars, via urbariali determinabitur. VI. §. 3.

A pascuo segregato, et colonis individualiter assignato, si inseminetur, nona non competit. VII. §. 2.

Passuales

Migranti colono gratuito dat Judex nobilium aut Vicecomes. IV. §. 2.

Vide: *Proles. Subinquilini.*

Pecora

sana, casu fortuito ad conservandum inhabilia reddita, subditi seu ipsi, seu per laniones emacillare possunt. VI. §. 6.

Pecorum pabulatio adaquatio in labore dominali. Vide *Labores.*

Damna pecoribus per servitores illata. Vide *Damna.*

Personalis laesio.

Subditi Dominum terrestrem vel ejus hominem personaliter laedentis poena. Vide *Subditus.*

Pesthiensis Comitatus

habet in agris 4 classes. Uni sessioni competunt ex 1a classe 24; ex 2a 26; ex 3a 28; ex 4a 30 jug.

Ex pratis ubi cordum semper falcatur 8; ubi raro 10; ubi nunquam 12 falcastra. V. §. 1.

*

Pignus

Sessiones impignorare non licet, sub poena nullitatis Contractus, et amissionis investitae summae. IV. §. 11. et V. §. 5. Nisi consensus Domini accessisset. X. §. 5.

Pinta.

Hoc nomine veniunt in Comitatibus Posega, Verőcze, Szerém duae mediae posonienses. Et titulo juris montani a sing. urna musti ex vineis non sessionalibus una pinta competit. VII. §. 3.

Piscationis jus

subditis exercere vetitum, sub poena confiscationis. VI. §. 8.

Excipe Communitates in Temes, Torontal, Krassó, quibus scopo exercendae arundinationis in paludibus jus quoque piscandi datum est. VI. §. 8.

Poenae

***Judicis nobilium* desertas sessiones non illico Comitatui detegentis. Vide *Judex nobilium*.**

Domini terrestris. V. *Dominus terrestris.*

Subditorum. Vide *Subditus.*

Communitatis ultra terminum epocillantis. Vide *Epocillatio.*

Poena corporali ultra arrestum vetitum est afficere subditos, urbariales praestationes denegantes. X. §. 3 et 5 sub 2. Vide *Arrestum.*

Poena corporalis, in processibus criminalibus, ignobilibus dictata, executioni ita danda, ut reus intra trimestre, penes unam eandemque sententiam, nisi semel corporali poenae subjiciatur; intra quod tempus nullo sub praetextu iteranda; si vero castigatio 25 ictibus ad semel recipiendis gravior foret, semestraliter saltem irroganda. XVII. §. 2.

Posega Comitatus.

Ibi tres classes agrorum. Uni sessioni competunt ex 1ª classe 24; ex 2ª 32; ex 3ª 40 jugera.

In pratis ad singulam classem 8 falcastra. V. §. 1.

Unum Jugerum agrorum aut pratorum facit 1296 □ Org. V. introitus.

Defectus agrorum compensatur etiam vineis et quidem pro 1 jug. vinea duorum fossorum. V. §. 2.

Intravillani quantitas relinquitur in praehabito usu. V. §. 1.

Glandinatio, etiam in extraterritorialibus sylvis pro 8 hebdomadis, erga taxam 12, 9 et 6 xr. a frusto. VI. §. 4. Poena clandestinae impulsionis pro frusto est duplum. VI. §. 4.

Labores. Colonus integrae sessionis tenetur 52 dierum labore bijugo, et si jumentis caret, aut si Dominus terrestris ita vult, pro singulo jugali, duobus manualibus. Et quidem 24 jugales aut 48 manuales praestat sine bonificatione; 28 jugales vero, aut 56 manuales erga solutionem 24 aut 12 xfr. pro singula. VII. §. 5.

Inquilini domiciliati tenentur 12; domo carentes 10 diebus. Ibid.

Plura generalia vide sub *Labores.*

Taxae molares. Vide *Molae.*

Census domalis. Vide *Census.*

Filatura locum non habet. VII. §. 2.

A lino, canabibus, et aliis ad sic dictam minorem decimam spectantibus vegetabilibus,

etiamsi in hortis aut terris, urbariali praestationi secus subjectis, procreatis, decima non competit. Nec a prunis. VII. §. 2.

Jus montanum a sing. urna musti in vineis extrasessionalibus 1 pinta. VII. §. 3. Vide *Pinta*.

Duae bijugae loco longae vecturae non competunt. VII. §. 7.

Sectio et vectura lignorum urbarialium ad sylvas territoriales restricta. VII. §. 8. Vide *Ligna urbarialia*.

Haec omnia, excepta mensura jugeri, valent etiam de Comitatibus Veröcze et Szerém.

Posoniensis Comitatus

in agris classes 4; ex 1ª competunt sessioni 16; ex 2ª 18; ex 3ª 20; ex 4ª 22 jug.

Ex pratis ubi cordum falcatur 6; ubi non 8 falcastra. VI. §. 1.

Praeclusi terminus.

Vide *Terminus*.

Praedia.

In praediis illocati inquilini quoad praestationes conveniant cum Domino terrestri. VII. §. 12.

Sessiones colonicales, sub introductione urbarii in praediis qua populosae conscriptae, et quocunque modo a fundo contributionis subtractae, impopulandae sunt. XI. §. 10. Vide *Desertae*.

Praeemtionis jus

dominale abrogatur. VII. §. 11.

Praescriptio

in exstirpaturis sine consensu Domini factis. Vide *Exstirpaturae*.

Praestationes urbariales

a denegante subdito quomodo exigendae. Vide *Dominus terrestris*.

Sub regulationibus quando non alterandae sed nec augendae. Vide *Regulatio*.

Prata.

Classes et competentiae sessionales. Vide singulos, Comitatus.

Nota: Duae classes pratorum sunt in 15; una in 7; nulla in 3 Comitatibus, in reliquis 27 Comitatibus sunt tres classes.

Defectus pratorum compensandus ita, ut pro 1 falcastro 1 jugerum ex agris detur. V. §. 2.

Vide *Falcastrum.*

Ex pratis nona non competit. VII. §. 2.

Sed ex in vicem agrorum datis, etiamsi non subarentur, competit. VII. §. 2.

Damna in pratis illata. Vide *Damna.*

Primores locorum.

Vide *Communitates* et *Jurati.*

Prioritatis jus

dominale abrogatur. VII. §. 11.

Privilegia.

Causae, ex privilegio, inter Dominum terrestrem et subditos suscitatae, appellantur intra Dominium in ordinaria juris via usque ad Septemviratum. X, §. 4.

Vide *Jura regalia.*

Processus.

Querelarum urbarialium. Vide *Querelae urbariales.*

Summarii. Vide *Summaria via.*

Regulatorius. Vide *Regulatio.*

Verbalis. Vide *Verbalis processus.*

Nundinalis. Vide *Nundinalia judicia.*

Non est necessarius contra subditos praestationes manifestas denegantes. X, §. 3.

Producta terrae.

Vide *Venditio.*

Proles subditorum

opificia discere, aut quodcunque honestum vitae genus amplecti volentes, ad emigrandum

non indigent dimissione Domini terrestris, verum saltem testimonialibus Magistratualis provisi excedere possunt. IV. §. 15.

Promontorium

est plaga, cum expresso Dominii consensu vitibus implantata; unde nona, aut ejus loco decima, vel jus montanum, aut hujus aequivalens hucusque desumebatur. Reliquae plagae vitibus implantatae hortensibus adnumerandae. VI. §. 2.

Promontorialistae

dispersim in vineis degentes, habent jus, ubi id hucusque usu venit, etiam extra tempus legale, sed saltem pro suis operariis, et tempore solum culturae vinearum, vinum epocillandi. VI. §. 2.

Sed montanistae, qui Communitates constituunt, jure hoc non gaudent, et dispositioni pro Communitatibus defixae obnoxii sunt. VI. §. 2.

Proportio.

Cum proportione etiam regulatio institui debet. Vide *Regulatio*.

Proprietas

terrae, quam subditus excolit, Dominii est. VII. introitus.

Proprietas colonorum est condigna merces laboris, in meliorationem constitutivi sessionalis impensi. Adjicitur etiam jus, investitiones et meliorationes, una cum beneficio usufructuationis sessionis, libere vendendi et emendi. IV. §. 6. Vide *Emtio-Venditio.*

Sed proprietas haec non obstabit. etc. Vide *Emtio.*

Protocolla

fundorum emtionis-venditionis in uno exemplo penes Dominium, in alio penes Communitatem loci conservabuntur, et Contractus, una cum consensu Dominii, iis per extensum inserendi. IV. §. 7. lit. b.

Taxa protocollationis, ubi hucdum etiam viguisset, abrogatur ibid.

Protocollo huic inserendi sunt etiam consensus Dominii ad exstirpationes. VI. §. 1.

Nota: Formulam protocolli hujus jam Consilium R. L. 1836 praescripsit, dto. 27. Junii.

Protocolla nundinalium judiciorum. Vide *Nundinalia judicia.*

Pruna.

Ex prunis in Comitatibus Posega, Verőcze, Szerém decima non competit. VII. §. 2.

Pullorum praestatio

suffertur. VII. §. 4.

Q.

Quaestores

tenutis non provisi reluant labores. Vide *Reluitio.*

Quaestus

vini et cremati urnatim subditis licitus est. VI. §. 2.

Circumforaneus ab omni taxa liber. VI. §. 7.

Lignorum pro quaestu, Dominus ligna dare non tenetur. VI. §. 4.

Sed ex sylvis Communitatis exerceri potest. VI. §. 4.

Vide *Fornices. Venditio. Glandinatio.*

Querelae urbariales.

Primo semper Dominio proponendae. X. §. 1.

Si Dominus intra 15 dies medelam non tulerit, convertat se subditus ad Supremum vel Vicecomitem aut ad processualem Judlium. X. §. 1.

Supremus vel Vicecomes curet illico, non exspectata Congregatione, per Judlium investigari. Judex nobilium vero, si querela ad ipsum delata fuit, non exspectata sui exmissione, investiget, et amicis pactis querelam componere studeat; ac de resultato in omni casu proximae generali Congregationi referat. X. §. 1.

Relatio ejus querulantibus gratuito extradanda. X. §. 1.

Non succedente complanatione, Comitatus terminum peremtorium Dominio pro celebranda sede urbariali praefigat. X. §. 2.

Assistentia Fisci Magistratualis ordinetur, si subditi ea uti velint. X. §. 2.

Processus in eadem sede dominali, praescissis quibusvis dilatoriis, decidi, et per legale testimonium sedi judiciariae intra Dominium referri debet. X. §. 2.

Quietis tempus

in labore dominali. Vide *Labores*.

R.

Rationes Communitatum.

Rationes judicum de perceptis et erogatis Dominus terrestris, aut officiales ejus, revideant, et censurent, ac necessaria constituant; et quidem primo semestri sequentis anni. IX. §. 5.

Judex nobilium, cum primo semestri singuli anni, Communitates, quarum rationes intra semestre revisae non sunt, conscribat et Comitatui referat, qui ad expensas Dominii de revisione disponet. IX. §. 5.

Rationes Tutorum.

Tutores orphanorum quotannis Dominio rationes reddere tenentur. IX. §. 6.

Vide *Orphani.*

Rectificatio Regulationis.

Vide *Regulatio.*

Regalia jura.

Vide *Jura Regalia.*

Regulatio urbarialis.

Regulationi non possunt obstare emtiones et venditiones fundorum colonicalium. IV. §. 8.

Neque contractus impopulationales, guerales, inscriptionales etc. VIII. §. 8.

Excessivae sessiones ad legalem mensuram reduci poterunt; vice versa defectus compensari, aut obligationes reduci debent. IV. §. 8. lit. b.

Actualis fundorum inquilinarium status occasione Regulationis pro cynosura deserviat. IV. §. 8.

Regulatio ope processus potest institui, si Dominus terrestris, aut majoritas colonorum desiderat. X. §. 6. lit. a.

In compossessoratibus, si eam compossessor, vel major colonorum pars vult, cum proportione etiam regulatio suscipienda. X. §. 6. lit. d.

Terrena, praemissa commassatione et segregatione tenutorum ac pascui jam regulata, novae regulationi non subjacent. X. §. 6. lit. a.

Neque terrena, normae et principiis, hac lege stabilitis conformiter regulanda. X. §. 6. lit. a.

Sed *Rectificatio* potest et debet iteratim institui, etiam erga singillativorum subditorum querelam. Et in hoc casu omnia, de regulationis processu praescripta observanda sunt. X. §. 10.

In terrenis hucdum regulatis, nova regulatio saltem ad segregationem tenutorum ac pascui, et inducendae melioris oeconomiae scopo — nunquam tamen ad competentias colonorum seu restringendas, seu alterandas, eo minus ad augendas praestationes suscipi poterit. X. §. 6. lit. b.

In tali casu ergo, etiam constitutiva sessionalia, in perfecto aequivalente assignari debent. Ibid.

Si defectus in constitutivo aut pascuo saltem unum aut alium colonum respiciat, regulatio totius terreni necessaria non est. X. §. 9.

In locis nondum regulatis, ubi tractamentum contractuale viget, saltem conditionibus contractus conformiter institui potest, habita semper segregationis tenutorum reflexione. X. §. 6. lit. c.

In omnibus regulationibus, in quantum fieri potest, commassatio decernenda et effectuanda est. X. §. 6. lit. e.

Processus Regulatorius

Coram sede dominali urbariali suscitandus. X. §. 6. lit. f.

Prima quaestio decidenda est: num petitae regulationi legale aut contractuale impedimentum non obstet? et sententia in omnem casum Sedriae substernenda; inde appellata intra Dominium ad Consilim R. L. X. §. 6. lit. f.

Hac superata, eruendus est status, occasioni introducti urbarii praeexistens, per legale testimonium, Fiscum Magistratualem, et Geometram. X. §. 6. lit. g.

Dimensio status actualis tenutorum fiat et authenticetur. X. §. 6. lit. g. et §. 8.

Planum regulationis proponatur cum mappa, in quo plagae inusuabiles, et per metationes vel fatalitates avulsae, una cum viis e calculo eximittantur. X. §. 6. lit. g. et §. 7.

Tenuta, ubi possibile, in uno loco assignentur, aut in calcaturas subdividantur. X. §. 6. lit. g.

Remanentiales terrae consignentur. Ibid.

Exstirpaturae ac meliorationes cum mercede elucubrentur. Ibid.

Classificatio diverticulorum in praesentia partium, et vicinorum; adhibitis idoneis hominibus, pari numero per Dominium et per colonos eligendis, instituenda. X. §. 6. lit. g.

His praeparatis sedes dominalis a Comitatu *Deputationem* expetat, quae per disinteressatum Geometram mappam, classificationem et librum fundualem authenticari curabit, et quaestiones complanare sataget. X. §. 6. lit. g.

Complanatio seu successerit, seu non, Deputatio Instrumentum combinatorium parabit, et una cum reliquis actis Sedi dominali exhibebit. X. §. 6. lit. g.

Aedificia et meliorationes bonificabit ille, cui in regulatione addicentur; si partes convenire non possent, pretium Sedes dominalis defiget. Sed si aedificia et meliorationes novo possessori minus essent proficua, pretium solvet ille ad cujus desiderium regulatio peracta est. X. §. 6. lit. h.

Sessionum quantitatem determinabit dimensio constitutivorum, quod tempore intro-

ducti urbarii coloni titulo sessionalis competentiae tenebant. X. §. 7.

Si relate ad primaevas tabellas urbariales ex erronea indictatione colonorum *defectus* prodiret, numerus sessionum devalvabitur. Sed si coloni probaverint, defectum hunc facto Dominii serius evenisse, Dominus compensabit. X. §. 7.

Si *superfluum* prodiret, ex hoc novae sessiones efformandae, et pascuo etiam providendae. Sed si remanentia haec facto colonorum enata est, quod illi fors ex allodialibus terris, aut ex communi pascuo, vel secus occupaverint, tunc terrae resultantes ad Dominii dispositionem recident, ex pascuo vero efformatae, pascuo communi reapplicabuntur. X. §. 7.

Expensae dimensionales omnes Domino terrestri incumbunt. Sed si coloni regulationem petierunt, manuales et currules operas suppeditare tenentur. X. §. 8.

Sententia Sedis dominalis definitiva, intra Dominium, revisioni Consilii R. L. substernenda est. X. §. 6. lit. g.

Reluitio.

Laborum dominalium pro singula jugali die sunt 20; pro manuali 10 xr. VII. §. 5.

In Posega, Verőcze, Szerém solvit Dominus pro singula, ultra competentiam elaborata die 24 aut 12 xr. VII. §. 5.

Artistae, opifices, quaestores, mercatores tenutis non dotati, rediment labores juxta conventionem cum Dominio ineundam; secus in via urbariali decernendum. VII. §. 9.

Reluitio exstirpaturarum, Vide *Exstirpaturae.*

Reluitio nonae, decimae. Vide *Nona. Decima.*

Reluitio venationis locum non habet. Vide *Venatio.*

Remanentiales terrae.

Vide *Regulatio.*

Remedia juridica

praescinduntur in judicandis querelis urbarialibus. Vide *Querelae.*

In causis Fisci Magistratualis contra nobiles tenuta colonicalia, et Dominos terrestres, desertas usuantes, ad depurationem contributionis motis. XI. §. 14.

Vide *Summaria via.*

Repositio

adhibenda contra Dominum terrestrem, subdito e tenutis ac beneficiis urbarialibus via facti adimentem, et quidem intra annum et diem, cum refusione damnorum et expensarum. X. §. 3.

Domino et subdito, repositione non contentis, salva manet via urbarialis. Ibid.

Robottae.

Vide *Labores.*

S.

Saevities.

Si saevities Domini terrestris causa est desertionis sessionis, puniendus est. IV. §. 14. Et quidem

Saevities contra subditos criminali actione vindicanda, ad praestandam laeso satisfactionem, et ad poenam delicto commensurandam. X. §. 5 sub 4.

Sententia partibus petentibus gratis extradanda. X. §. 5 sub 5.

Sáros Comitatus.

In agris habet classes quatuor: Ex 1ª competunt uni sessioni 20; ex 2ª 22; ex 3ª 24; ex 4ª 26 jugera.

Ex pratis ubi cordum falcatur 6; ubi non 8 falcastra.

Sata.

Damna in satis illata. Vide *Damna*.

Scandulas

Dominus terrestris non tenetur pro tectis subditorum dare. VI. §. 4.

Scepusiensis Comitatus

classes agrorum 4. Ex 1ª obtinet una sessio 22; ex altera 24; ex 3ª 26; ex 4ª 30 jugera.

Ex pratis, ubi cordum semper falcatur 8; ubi raro 10; ubi nunquam 12 falcastra.

Sclopi.

Vide *Arma.*

Sculteticales contractus.

Vide *Contractus.*

Sectio lignorum.

Vide *Ligna.*

Sedes dominalis

dehinc etiam, prout hucusque, in causis subditorum inter se, in prima Instantia justitiam gratuito administret. X.

Ad causas, inter Dominum et subditos, judicandas introducitur *sedes dominalis urbarialis.* X.

Urbarialis haec consistere debet ex convocatis, excluso Domino terrestri et ejus officialibus, qui nec notarios agere possunt.

Praeses sit disinteressatus, et quidem Tabulae judiciariae Assessor.

Convocati duo, juramento Judicum, si nondum essent, in sede dominali obstringendi, et juris periti.

Judex Nobilium cum *Jurassore*, qua legale Testimonium, qua etiam Cojudices.

Fiscus Magistratualis, sine voto.

Dominus terrestris deligit Praesidem, Convocatos et Notarium.

Vicecomites, Judlium, Jurassores, Notarii, Fiscales et salarisati Assessores Comitatus, in sedibus urbarialibus nec praesides, nec convocatos agere possunt.

Reliqui officiales Comitatenses possunt deligi; sed in Sedria sub revisione talium causarum voto non gaudent.

Judici nobilium, et Jurassori districtualibus, legitime impeditis, aut legali exceptioni obnoxiis, per Comitatum alii substituendi sunt.

Fiscalis Magistratualis, etiam in illo casu, si subditi alterius advocati ope uti velint, intersit, scopo conservandi fundi contributionalis. X.

Ad integritatem judicii requiruntur 5 praerecensita Individua; nempe praeses, 2 convocati, et legale testimonium. Qui numerus nec augeri nec minui potest. X.

Si exigui proventus Dominorum terrestrium servandis sedis dominalibus insufficientes essent, Comitatus 5 individua denominabit, et per hos gratuito querelas decidi curabit. X. §. 2.

Non succedente querelarum urbarialium per Judicem nobilium tentata complanatione, Comitatus terminum sedis dominalis praefigat. X. §. 2.

Querelae in eadem sede dominali decidi, et Sedriae referri debent. X. §. 2.

Si Dominus terrestris intra praefixum terminum sedem dominalem non celebraret, ex prima Generali Congregatione ad expensas Domini celebranda sedes ordinanda, et individua denominanda. X. §. 2.

Sedes dominalis potest poenam arresti, in casibus pertinacis resistentiae subditi ignobilis ad 8 dies decernere. X. §. 5 sub 2.

*

Judicat damna, Domino per subditos in sylvis, satis, vineis, pratis illata, si 60 fl. excedunt. X. §. 5 sub 3. lit. a.

Judicat causas regulationum. V. *Regulatio.*

Sedes judiciaria.

Judicat subditum nobilem jussis dominalibus pertinaciter obsistentem. X. §. 5 sub 2.

Judicat subditos nobiles et ignobiles, Dominum terrestrem, aut ejus homines, contumelia aut personali injuria afficientes. X. §. 5 sub 2.

Causas Damnorum. Vide *Damna.*

Revidet processus regulationum. Vide *Regulatio.*

Revidet processus verbales. Vide *Verbalis processus.*

Revidet conventiones de segregatione pascui. Vide *Pascuum.*

Influit in contractus urbariales. Vide *Contractus.*

Judicat quaestiones orphanalium indemnisationum. Vide *Orphani.*

Officiales Comitatenses, qui in sedibus dominalibus urbarialibus Praesides aut Cojudices egerunt, occasione sedrialis revisionis votum non habent. X.

Segregatio.

Tenutorum et pascuorum, ubi ubi fieri potest, in Regulationibus effectuanda. X. §. 6. lit. b. et g. Ita quidem, ut quivis colonus omnia tenuta sua, una cum pascuo in uno frusto obtineat. VI. §. 3.

Ubi hoc fieri nequiret, exscindantur adminus per diverticula. VI. §. 3.

Etiam in casibus proportionum segregatio dominalium tenutorum ab urbarialibus efficienda. XII. §. 14.

Sententiae.

In urbarialibus, per omnia fora, motivis in legibus fundatis et seriatim enumerandis fulciendae. X. §. 4.

In causis damnorum, excessuum, saevitiei partibus gratuito extradandae. X. §. 5 sub 5.

In processibus regulationum semper intra Dominium appellandae. X. §. 6 sub 9.

Vide *Appellata.*

In causis nundinalibus. Vide *Nundinalia judicia.*

Septima.

Vide *Nona.*

Servitores.

Servitoribus dominalibus non competit pascuum in pascuo Communitatis segregato. VI. §. 3.

Servis Communitatum competit lignatio focalis. Vide *Lignatio.*

Servitores, inscio hero, damna inferentes, ex mercede sua compensare tenentur. X. §. 5 sub 3. lit. f.

Nobiles servitores, pro damno, gravi culpa vel dolo, fraude, patrato, per Judlium in dupla damni resarcitione convincendi. X. §. 5 sub 3. lit. f.

Et si hoc praestare nequirent, per Sedriam, delicto commensuranda poena afficiendi. Ibid. lit. g.

Ignobiles vero per sedem dominalem in simpla damni refusione et insuper 1 — 8 dierum arresto. X. §. 5 sub 3. lit. f. Si refundere nequirent, peraeque Sedria dictet poenam commensuratam. Ibid. lit. g.

Per pecora et pecudes heri sui illata damna ipse herus bonificare tenetur, cum regressu ad servitorem. X. §. 5 sub 3. lit. f.

Crimen involventes excessus patrantes actione criminali conveniendi. X. §. 5 sub 4.

Sessio.

Sessionis constitutivum in agris et pratis. Vide singulos Comitatus. Confer *Constitutivum*, *Intravillanum*. Vide et *Pascuum.*

Sessionalis constitutivi defectus unius alteriusve coloni adjustatione tabellae urbarialis sarciendus est. X. §. 9.

Sessiones, legalem mensuram excedentes, possunt occasione regulationis reduci; vice versa defectus competentiae vel compensari, vel vero obligationes devalvari debent. IV. §. 8 sub 6.

Sessionum, sine consensu Domini subdivisio hucusque facta potest sua via; in futurum autem attentanda, via summaria rescindi. V. §. 4.

Sessiones possunt, cum consensu Dominii dismembrari, ad medias et quartas, non tamen infra. Sed quae hucdum infra quartas subdivisae sunt, maneant. V. §. 4. In specie

in Comitatibus Temes, Torontal, Krassó, ubi et octavae sunt. V. §. 6.

Domino terrestri incumbit curare, ut in casibus venditionum quarta minorum sessionum reunio obtineatur; quod etiam in casu deficientis coloni qui infra 4^{tam} possidebat, observandum. V. §. 4.

Dominus potest colonum ad reluenda, cum suo consensu impignorata, aut temporali cambio affecta sessionalia tenuta stringere. V. §. 5.

Sine consensu suo vero interventas impignorationes rescindere, et contra pignoratarium ad amissionem summae procedere. Ibid.

Sessionum numerus sub regulatione quo in casu augeri debeat, aut minui possit. Vide *Regulatio.*

Sessiones possunt etiam nobiles emere. XI. Vide *Nobilis.*

Sessiones inusuabiles redditae, expungendae. IV. §. 14.

Sessionales appertinentiae debent cedi ad opera privatorum e. g. canales, ductus ferreos necessariae, erga plenam bonificationem. XXV. §. 1 sub 3.

Et tunc tabella praestationum rectificanda, obtingentia nonae et aliarum datiarum in pro-

portione devalvanda, et Dominus terrestris plene indemnisandus est. XXV. §. 3 et 6.

Sessio colonicalis potest, sicut hucusque, vi 40. 1ae pro exstruenda domo fratris natu majoris (compossessoris) converti. IV. §. 6 et 12. Vide *Abaestimatio.*

Sessionum usufructuatio est proprietas subditorum; itaque vendi et emi poterit. Vide *Emtio.*

Sed venditio per partes locum non habet, h. e. non licet fundos extravillanos ab intravillanis avellere, neque sessiones sine consensu Domini terrestris dismembrare. IV. §. 9. Conf. XV. §. 17.

Maximum, quod unus possidere poterit, est sequens. In locis 40 sessionum saltem *unam*; in locis usque 80 sessiones *duas*; in locis usque 120 sessiones *tres*; ultra 120 *quatuor* sessiones. IV. §. 10.

Excipiuntur casus sequentes, in quibus etiam ultra defixum maximum sessiones acquiri possunt, nempe:

1) si defixum maximum (1. 2. 3 vel 4 sess.) jam possidenti, sessio una vel plures jure successionis aut legati accedant. IV. §. 10. lit. a.

2) si eidem judicialiter, in sortem praetensionis, sessiones assignentur; vel

3) si occasione licitationis plurimum obtulit. Ibid. lit. b.

4) Si sessionem desertam, in defectu competentium, acquirat. Ibid. lit. c.

5) Si plures filios habeat, et hos sessionibus providere velit. Ibid. lit. d.

6) Si in subdivisionem sessionum, non ad integras vel medias, sed alia proportione (e. g. $1\frac{1}{2}$ vel $\frac{5}{4}$) exactarum, Dominus terrestris consentire nolit: potest subditus sessionem talem etiam emere, quae defixum maximum superat. Ibid. lit. e.

7) Qui hucusque plures sessiones compararunt quam illis competerent, maneant in possessorio. Ibid. lit. e.

8) Ubi hucusque libera emtio-venditio sessionum viguit, sicut in Comitatibus Temes, Torontal, Krassó, aliisque regni locis et Communitatibus, ibi etiam supernatantia maximi penes possidentem maneat. IV. §. 4. lit. e.

Sessiones in Comitatibus Temes, Torontal, Krassó quales? Vide *Krassó.*

Sessiones impignorare aut inhypothecare non licet, sub poena nullitatis Contractus et amissionis summae. IV. §. 11. V. §. 5. Nec partem sessionis in reluitionem novae cedere. VII. §. 2.

Nec cambiare. Vide *Cambium.*

Sed possunt testamentaliter legari. IV. §. 10. lit. a.

Ad rationem debitorum in executionem sumi. IV. §. 4. §. 10. lit. b. XV. §. 16.

Licitationi exponi. IV. §. 4. §. 10. lit. b. et §. 13. XV. §. 16 nec amplius relui ibid.

Sed nec tali occasione dismembrari possunt. XV. §. 17.

Desertae sessiones. Vide *Desertae.*

Simeghiensis Comitatus.

Habet agros 3 classium. Uni sessioni competunt ex 1a classe 22; ex 2a 24; ex 3a 26 jugera.

Ex pratis ubi cordum semper falcatur 8; ubi raro 10; ubi nunquam 12 falcastra.

Sirmiensis Comitatus.

(Errant qui scribunt *Syrmiensis*). Vide *Szerém.*

Sopronensis Comitatus.

Ibi agri sunt 4 classium. Ex 1ª obveniunt pro sessione 16; ex 2ª 18; ex 3ª 20; ex 4ª 22 jugera.

Ex pratis ubi cordum falcatur 6; ubi non 8 falcastra.

Strigoniensis Comitatus.

Agri 3 classium. Uni sessioni debentur ex 1ª classe 20; ex 2ª 22; ex 3ª 24 jugera.

Ex pratis ubi cordum semper falcatur 6; ubi raro 8; ubi nunquam 10 falcastra.

Subditus.

I. *Favores*, qui subditis his legibus concessi sunt:

Migrationis alleviatio et securisatio. IV.

Proles colonorum, inquilinorum et subinquilini dimissionalibus non indigent. IV. §. 15.

Facultas beneficia usufructuationis vendendi et emendi. IV. §. 6.

Amotio restricta, et difficilior reddita. Vide *Amotio*.

Dominus terrestris nisi erga aequivalens, et plenam indemnisationem fundos colonicales acquirere potest. V. §. 7.

Si Dominus tenuta et beneficia subditi occuparet, Repositio habet locum. X. §. 3.

Epocillatio urbarialis etiam locis, qui in usu non erant, concessa. VI. §. 2.

Epocillatio coacta serialis domalis abrogata. VI. §. 2.

Inductio vini absque taxa, in casu infirmitatis et nuptiarum etiam in minori quantitate, admissa. VI. §. 2.

Emacillatio, si Dominus terrestris non satisfacit. VI. §. 6.

Emacillatio pecoris ad conservationem inepti. VI. §. 6.

Cremati ustio admissa. VI. §. 2.

Segregatio tenutorum et pascui a dominali. VI. §. 3. X. §. 6.

Officiales dominales et servitores exclusi ex pascui Communitatus usu. VI. §. 3.

Fructus sylvestres possunt colligi. VI. §. 4.

Facultas, fornices erga taxam aperiendi. VI. §. 7.

Circumforaneus quaestus sine taxa. VI. §. 7.

Septimae vel octavae cum decima substituta nona. VII. §. 2.

Reluitio 9^{ae} et 10^{ae} alleviata. VII. §. 2. XXXIV.

Nonae et 10^{ae} desumtio ex 8 diebus ad tres restricta. VII. §. 2. XXXIV.

Convectio nonae saltem intra ambitum territorii. VII. §. 2.

Abrogata praestatio ex apibus, agnis, haedis, altilibus, ovis, vitulis, butyro. VII. §. 4.

Optio labores elocatos redimendi. VII. §. 5.

Optio filaturae nonam ex canabibus et lino substituendi. VII. §. 2.

Optio assistentia Fisci Magistratualis utendi vel vero opera Advocati alicujus. X. et XIII.

Laborum obligatio et imputatio accuratius circumscripta. VII. §. 5.

Longa vectura abrogata. VII. §. 7.

Laborum reluitio artistis, opificibus, quaestoribus admissa. VII. §. 9.

Supererogata laborum prohibita. VII. §. 11.

Restantiae laborum connivente Domino enatae sunt inexigibiles. VII. §. 5.

In criminalibus appellata, si complex nobilis appellat. XVII.

Poenae corporalis executionum moderamen. XVII. §. 2.

Judicium nundinale erectum. XVIII.

Verbalis processus introductus. XX.

Successio in casibus divisionum inter fratres, eadem ratione prout de nobilibus statutum est, tractanda. XIV. §. 10. Vide *Divisio.*

Debita, et quascunque pecuniarias convictiones, in executionem sumendi modus securisatus. XV.

II. *Obligationes.* Vide *Labores*, *Census*, *Nona*, *Decima*, *Ligna.*

III. *Querelae urbariales.* Vide *Querelae.*

IV. *Poenae.* Sessionem in hypothecam sumentis, amissio summae. IV. §. 11.

Manifestas, et non controversas praestationes urbariales denegans, potest authoritate Domini etiam executione stringi; sed citra poenam corporalem. Salva ei via urbariali. X. §. 3.

Poenae ignobilis subditi, jussis Domini terrestris vel hujus hominis pertinaciter resistentis, authoritate Dominii, est arrestum 1 — 3

dierum; per sedem dominalem vero usque 8 dierum dictandum. X. §. 5 sub 2. Vide *Arrestum.*

Nobilis per Sedriam judicandus et puniendus. Ibid.

Ignobilis et nobilis, Dominum, vel ejus officialem contumeliis, vel personali injuria afficiens aeque per Sedriam puniendus. X. §. 5 sub 2.

Laborem dominalem negligens, laboratorem sui loco conductum solvere, et neglectum laborem supplere tenetur. VII. §. 5.

Laborem segniter vel cum damno peragentis, non imputatio et poena dupli laboris. X. §. 5 sub 1.

Post iteratos neglectus et renitentias amotio. VII. §. 5. Etiam post iterata damna. X. §. 5 sub 4.

Sine consensu Domini exstirpantis amissio mercedis laboris. VI. §. 1.

Venationem, piscationem, aucupium exercentis confiscatio. VI. §. 8.

Gallas furtim colligentis. Vide *Gallae.*

Glandinatio occulta et collectio glandium. Vide *Glandes.*

Occultationis nonae. Vide *Nona.*

In agris, pratis, sylvis, vineis, aut quaecunque transgressione praescriptorum urbarialium damna inferentis. Vide *Damna*.

Amotio. Vide *Amotio*.

Crimen patrantis. Vide *Criminalis actio*.

Nobilis subditus. Vide *Nobilis*.

Subinquilini.

In Hungaria et Croatia tenentur annue 12 diebus laborare. VII. §. 5.

In Comitatibus Posega, Veröcze, Szerém saltem 10 diebus. Ibid.

Non tenentur ad duplicandos labores, etiam tempore ferventium laborum praestandos. VII. §. 5.

Migrare volentes non indigent dimissione Domini terrestris, verum praestita omnimoda complanatione penes testimoniales Magistratualis abire possunt. IV. §. 15.

Subjudices.

De Juratis pag. 87 dicta, valent et de subjudicibus.

Subvineta.

Vide *Vineae*.

Successio.

Subditorum successiones in casibus divisionum. Vide *Divisio.*

Summaria via.

Habet locum in casu cambiorum vel subdivisionum sessionalium constitutivorum, sine consensu Dominii interventorum. V. §. 4.

In recipiendis ante triennium exstirpaturis. VI. §. 1.

In illocando conductore fornicis, per Dominum terrestrem indebite impedito. VI. §. 7.

In Sedria, contra Dominum terrestrem, subditis ultra 60 fl. damna inferentem. X. §. 5 sub 3. lit. d.

Coram Vicecomite, contra Dominum terrestrem; subditum indebite detinentem. Vide *Vicecomes.*

Coram Judlium contra Dominum terrestrem, contributioni a desertis obnoxium. XI. §. 14.

In nundinali judicio. V. *Nundinale jud.*

Supremus Comes.

Vide *Querelae urbariales.*

Sylvae.

Ex dominalibus sylvis competit colonis et inquilinis lignatio, glandinatio, fructus sylvestres. Vide *Lignatio*, *Glandes*, *Fructus*.

Ultra haec nullum aliud beneficium aut emolumentum. VI. §. 4.

Si in vicem agrorum vel pratorum assignatae sylvae, partem constitutivi sessionalis efficiunt, subditi illis irrestricte uti possunt. VI. §. 4.

Ubi vero ultra constitutivum vel communitas, vel singuli coloni sylvas possident, in illis lignatio tam focalis, quam aedilis, glandinatio item et gallarum collectio, imo si sylvae ampliores sunt, etiam pro quaestu — sub inspectione Dominii, libera est. VI. §. 4.

Salvo, in quantum in eo praefuisset, Dominii quoque cousu. VI. §. 4.

Ordo sylvanalis in sylvis his per Dominum praescribendus et manutenendus. VI. §. 4.

Pro lignatione in sylva Communitatis taxa per Communitatem defixa, solvenda. VI. §. 4.

In sylvis illata damna. Vide *Damna*.

Szabolcs Comitatus.

Ibi in agris classes tres. Uni sessioni competunt ex 1ª classe 28; ex 2ª 30; ex 3ª 32 jug.

Ex pratis ubi cordum semper falcatur 8; ubi raro 10, ubi nunquam 12 falcastra.

Szaladiensis Comitatus.

Classes agrorum tres: Ex 1ª competunt 18; ex 2ª 20; ex 3ª 22 jugera.

Ex agris ubi cordum falcari potest 6; ubi non 8 falcastra.

Szathmariensis Comitatus.

Classes 4 in agris. Ex 1ª competunt 26; ex 2ª 28; ex 3ª 30; ex 4ª 32 jugera.

Ex pratis ubi cordum semper 8; ubi raro 10; ubi nunquam 12 falcastra.

Szerém Comitatus.

Classes agrorum et pratorum eaedem quae in Posegano. Vide *Posega.*

Sed jugerum agrorum facit 1200 □ Org, pratorum 1000 □ Org. Art. V. introitus.

Reliqua omnia, quae de *Posega* dicta, valent et de Sirmiensi.

T.

Taxa.

Glandinationis. Vide *Glandinatio;* item *Krassó, Posega.*

Fornicum. Vide *Fornices.*

Molaris. Vide *Molae.*

Protocollationis emtionum-venditionum nullae. IV. §. 7. lit. b.

Circumforanei quaestus nullae. VI. §. 7.

In orphanalibus negotiis aeque nullae. IX. §. 6.

In verbali processu nullae. XX. §. 11.

Ab inductione vini pro propria necessitate aut quaestu nullae. VI. §. 2.

A singulo cacabo crematorio. Vide *Crematum.*

Industrialis. Vide *Industriales fundi.*

Taxationes praeter hic expressas omnes abrogantur. VII. §. 11.

Telonium.

Jus telonii sine privilegio subditis exercere non licet. VI. §. 8.

Temesiensis Comitatus.

Quidquid de Krassó dictum valet et de hoc.

Tempus.

Migrationis colonorum. Vide *Migratio.*
Epocillationis urbarialis. Vide *Epocillatio.*

Terminus praeclusi.

Triduum pro desumenda nona, a dato insinuationis. VII. §. 2.

Triduum pro candidatione judicis Communitatis. IX. §. 1.

Octiduum pro comparitione, et executione in verbali processu. XX. §. 8 et 10.

Quindena, intra quam Dominus terrestris medelam querelae urbariali ferre tenetur. X. §. 1.

Triginta dies, ad subditis manifestandam Domini intentionem labores alteri elocandi. VII. §. 5.

Mensis unus ad revidendos Communitatum praeliminares annuos prospectus. IX. §. 4.

Trimestre amovendo colono concedendum. IV. §. 13.

Semestre ad revidendas rationes Communitatum. IX. §. 5.

Annus pro restaurandis viribus colono concedendus. IV. §. 12. lit. a.

Annus et dies pro repositione subditi contra Dominum terrestrem. X. §. 3.

Tres anni ad recipiendas exstirpaturas. VI. §. 1.

Sex anni ad libertatem a contributione exteris concedendam. XI. §. 13.

Epocillationis urbarialis festum natalitiorum, et respective S. Georgii. VI. §. 2.

Pro desumtione decimae ex vinis et jure montano per Comitatum defigendus. 1802. 7. 1647. 95. VII. §. 3.

Testamentum.

Possunt subditi de omnibus acquisitis mobilibus et immobilibus condere. IX. §. 9.

Ab intestato deficientibus succedit Dominus terrestris. IX. §. 9.

Testimonium legale.

Assistit rescissioni cambiorum vel subdivisionum sessionalium constitutivorum, sine consensu Dominii factarum. V. §. 4.

Vicecomiti detentum subditum dimittenti. IV. §. 4. et fornicis conductorem illocanti. VI. §. 7.

Licitationibus sessionum. IV. §. 13.

Concurrit ad conventionem Dominii cum inquilino fundos obtinente. V. §. 8. Aut in colonum evehendo. Ibid.

Ad conventiones Domini cum subditis de exstirpaturis. VI. §. 1.

Ad ademtionem exstirpaturarum sine consensu Dominii factarum. VI. §. 1.

Ad contractus urbariales. VIII. §. 5 et 6.

Ad processus regulatorios. Vide *Regulatio*.

Assidet in sedibus dominalibus. Vide *Sedes dominalis*. Conf. *Judex nobilium*.

Thurócz Comitatus.

In agris sunt classes 4. Obveniunt uni sessioni ex 1ª 16; ex 2ª 18; ex 3ª 22 jug.

Ex pratis ubi cordum falcatur 6; ubi non 8 falcastra.

Tolna Comitatus.

Classes in agris tres. Ex 1ª obveniunt 22; ex 2ª 24; ex 3ª 26 jug.

Ex pratis ubi cordum semper 8; ubi raro 10; ubi nunquam 12 falcastra.

Torna Comitatus.

Classes agrorum quatuor. Ex 1ª obveniunt uni sessioni 26; ex 2ª 28; ex 3ª 30; ex 4ª 32 jugera.

Ex pratis ubi cordum semper falcatur 8; ubi raro 10; ubi nunquam 12 falcastra.

Torontal Comitatus.

De Krassó dicta, valent et de Torontal.

Trenchin Comitatus.

Classes agrorum 4; ex 1ª obveniunt 16; ex 2ª 18; ex 3ª 20; ex 4ª 22 jug.

Ex pratis ubi cordum falcatur 6; ubi non 8 falcastra.

Turopolya campus.

Vide *Zagrabiensis Comitatus.*

Tutores.

Orphanorum subditorum. Vide *Orphani.*

U.

Ugocsa Comitatus.

Habet in agris classes tres; obveniunt uni sessioni ex 1ª 20; ex 2ª 22; ex 3ª 24 jug.

Ex pratis ubi cordum semper 8; ubi raro 10, ubi nunquam 12 falcastra.

Unghvár Comitatus.

Classes in agris 4; ex 1ª competunt 20; ex 2ª 22; ex 3ª 24; ex 4ª 26 jug.

Ex pratis ubi cordum semper 8; ubi raro 10; ubi nunquam 12 falcastra.

Urbarium.

Principium et systema urbarii vide a capite libelli hujus.

Ubi urbarium nunquam introductum fuit, ibi contractuale tractamentum locum habet. VIII. §. 4.

Urbariales querelae quomodo pertractandae. Vide *Querelae.*

Urbarialia tenuta. Vide *Sessio, Constitutivum, Expropriatio.*

*

Urbarialia tenuta posthac liberae dispositioni dominali non subjacent. XI. §. 1.

Eadem pro fundo Contributionis designantur. XI. §. 10.

Usufructuationis beneficium

potest subditus vendere emere. Vide *Emtio.*

Uvae passae.

Ex his nec nona, nec decima, nec jus montanum competit. VII. §. 3. XXXIV.

Vide *Botri.*

V.

Varasdinensis Comitatus.

Habet in agris classes tres. Obveniunt uni sessioni in locis *montosis* ex 1ª 12; ex 2ª 14; ex 3ª 16 jug.

Ex pratis ubi cordum semper falcatur 5; ubi raro 7; ubi nunquam 9 falcastra.

In locis *campestribus* ex 1ª 14; ex 2ª 16, ex 3ª 18 jug. Ex pratis ubi cordum semper 6; ubi raro 8; ubi nunquam falcatur 10 falcastra.

Vectura

Longa abrogatur; et in locum ejus sing. sessio duas bijugales operas, et sic in proportione a minoribus constitutivis (aratura excepta) praestare tenetur. VII. §. 7.

Excipiuntur Comitatus Temes, Torontal, Krassó, Posega, Veröcze, Szerém ubi longa vectura nec hucdum viguit. Ibid.

Vectura lignorum urbarialium et arundinis. Vide *Ligna. Arundinatio.*

Vectura nonae, decimae. Vide *Nona. Decima.*

Venatio.

Jus venationis subditis non competit. Poena confiscatio. VI. §. 8.

Ad exstirpandas feras, tenetur singulus colonus integrae sessionis, armis plumbo et pulvere pyrio a Domino providendus, aut qua pulsor etiam triduo, incluso itu et reditu, venari. VII. §. 6.

Sic a proportione etiam minorum constitutivorum subditi; inquilinos 8 pro colono integrae sessionis assumendo. VII. §. 6.

Labor hic nec in alios usus converti, neque redimi potest. VII. §. 6.

In Comitatibus Temes, Torontal, Krassó obligatio haec nec hucdum obtinuit. VII, §. 6.

Venditio

qualiumcunque terrae productorum (exceptis speciali lege prohibitis) subditis seu minutim seu majori in quantitate citra taxam licita est. VI. §. 7.

Sed jus fornicis dominale est. V. *Fornices.*

Venditio sessionum et usufructuationis. Vide *Emtio.*

Verbalis processus

introducitur ad acquirendas minutas et liquidas praetensiones 60 fl. non excedentes. XX. §. 1 et 2.

Locum habet etiam ex compromisso. §. 1.

Extendi nequit ad invalidationem qualiumcunque contractuum, ad antiqua pignora, antiquas successiones, nec ad urbariales aut criminales quaestiones. §. 2.

Ubi Magistratus habentur, usque ad vires 60 fl. judicat Judex loci cum duobus senatoribus aut juratis. Appellata ad Sedriam extra Dominium. XX. §. 4.

Ubi Magistratus non sunt, judicat usque 12 fl. Judex loci cum duobus primoribus; appellata extra Dominium ad sedem dominalem.

Supra 12 usque 60 fl. vero judicat Dominus terrestris, vel ab eo constitutus Juris peritus.

Si Dominus terrestris neutrum praestiterit, judicat Judex nobilium cum Jurassore. Appellata in utroque casu extra Dominium ad Sedriam. XX. §. 3.

Querela potest seu scripto, seu verbo proponi; posterior per Judicem in scriptum redi-

genda. Terminus comparitionis non ultra 8 dies praefigendus. §. 8.

Citationem localis juratus peragit; paria querelae cum indorsata praefixi termini exhibendo. §. 9.

Executio intra 8 dies peragenda. §. 10.

Taxae judiciales nullae. §. 11.

Sed alias litis expensas succumbens solvit. §. 11.

Pauperibus et scripturae et citatio gratis. §. 12.

Nundinales processus sunt etiam verbales. XVIII. §. 9 et 11.

Verőcze Comitatus.

Quidquid de Posega dictum, valet et hic.

Sed jugerum agrorum faciunt 2000 □ Org. falcastrum 1000 □ Org. V. §. 2.

Vervactum.

Ex vervacto, absque neglectu seminaturae calcaturarum inseminato, nona non competit. VII. §. 2.

Veszprém Comitatus.

Habet in agris classes tres. Sessioni dantur ex 1a 22; ex 2a 24; ex 3a 26 jugera.

In pratis ubi cordum semper falcatur 6; ubi raro 8; ubi nunquam 10 falcastra.

Viae.

In casibus regulationum e calculo geometrico exmittendae. X. §. 6 sub g.

Vicecomes

dat passuales colono migranti gratuito. IV. §. 2. 3. Vide *Comitatus.*

Dominum, qui subditum indebite detinet, summaria via, in refusione damnorum et expensarum convincit, et subditum dimitti procurat. IV. §. 4.

Illocat in conductione fornicis per Dominum terrestrem illegitime impeditum. VI. §. 7.

Via summaria judicat Dominum terrestrem excessivos labores exigentem. V. *Labores.*

Curat querelas urbariales ad se delatas illico investigari. X. §. 1.

In sedis dominalis praesidem aut convocatum deligi nequit. X.

Vicini

concurrunt ad regulationes. Vide *Regulatio.*

Vidua

minorennium prolium mater si alio migraverit. Vide *Orphani.*

Vineae.

A vineis, ex agris sessionalibus cum consensu Domini efformatis, competit nona aut decima, vel 7a aut 8va sine 10a. VII. §. 2. Vide *Nona.*

Aut jus montanum ubi in usu fuerat. VII. §. 3.

Vide *Botri. Uvae passae. Essentia.*

A subvinetis obvenientes praestationes manent ut hucdum. VII. §. 3.

Damna in vineis per subditos Domino, aut vice versa illata. Vide *Damna.*

Vineae in Comitatibus Posega, Veröcze, Szerém, deserviunt etiam pro compensatione defectus agrorum, et vinea duorum fossorum aequivalet uni jugero. V. §. 2.

Vide *Promontorium.*

Vindemia.

Vindemiae tempus defigit Dominus terrestris; aut ubi in usu fuit, Comitatus. VII. §. 3. Vide *Comitatus.*

Vinum

licet subditis qualecunque, seu pro propria necessitate, seu pro quaestu in doliis; in casu infirmitatis vero et nuptiarum etiam in minori quantitate sine taxa inducere. VI. §. 2.

Epocillatio. Vide *Epocillatio.*

Essentia. Vide *Essentia.*

Faeces. Vide *Crematum.*

Decima et Jus montanum. Vide haec.

Vituli

praestatio vitulorum suffertur. VII. §. 4.

Z.

Zagrabiensis Comitatus.

Classes agrorum sunt hic duae et tres. Nempe

1) In districtu montano et campo Turopolya, et quidem in processibus Zagrabiensi, S. Joannis, Savano, Cis- et Trans-Colapiano tres. Ex his 1ª 12; ex 2ª 14; ex 3ª 16 jug. Ex pratis ubi cordum semper 5; raro 7, nunquam 9 falcastra.

2) In partibus maritimis et processu montano sunt classes agrorum 4, et dantur ex 1ª 12; ex 2ª 14; ex 3ª 16; ex 4ª 18 jug. Ex pratis ut supra.

3) In districtu submontano tres classes agrorum. Ex 1ª 14; ex 2ª 16; ex 3ª 18. Ex pratis ut supra.

4) In districtu campestri tres classes agrorum. Ex 1ª 18; ex 2ª 20; ex 3ª 22. Ex pratis 6 — 8. 10 falcastra.

Zempliniensis Comitatus

habet agrorum 4 classes. Ex 1ª 20; ex 2ª 22; ex 3ª 24; ex 4ª 26 jug. Ex pratis ubi cordum semper 6; ubi raro 8, ubi nunquam 10 falcastra.

Zoliensis Comitatus.

In agris 4 classes. Ex 1ª 18; ex 2ª 20; ex 3ª 22; ex 4ª 24 jug. Ex pratis ubi cordum falcatur 6; ubi non 8 falcastra.

Ad pag. VIII.

Supplementum Erratorum.

Perfecta jam impressione molesto sensu detexi sequentes aberrationes et defectus:

Pag. 1. *loco*: In casu tali, *pone*: „In hoc solo casu."

Pag. 6. *adde*: „In amotionis causis appellata intra Dominium locum habet." *X.* §. 4 *et* 13.

Pag. 16. *lin.* 2. *ab infra, sic corrigendum:* Singulus colonus et inquilinus propriam domum habens, solvet annue etc.

Pag. 17. In Comitatibus Posega etc. *loco*: „hoc titulo," *ponatur*: „pro jure terrestrali." — *Post* Inquilinus, *adde*: domiciliatus.

Pag. 105. *Molae. Lin.* 8. *ab infra, ante* 2 *fl. pone*: „a singula rota;"

Pag. 121. *adde*: „Pascui exiguitas segregationi obstare nequit" *VI.* §. 3.

Pag. 132. *lin.* 7. *ab infra, post*: „abrogatur" *adde*: „nisi contractualis esset."

Viennae die 18. Aprilis 1837.

Idem.